Tax
W 41

3 2044 107 269 730

Tarl
W41.1

IOH. WOLFFGANGI WEDELII
MEDICINAE DOCTORIS

TENTAMEN BOTANICVM

FLORES PLANTARVM IN CLASSES GENERA SVPERIORA ET INFERIORA PER CHARACTERES EX IPSIS FLORIBVS DESVMTOS DIVIDENDO COGNITIONI NOMINIS GENERI INFIMO AD QVOD PLANTA PERTINET COMPETENTIS INSERVIENS

PRAEFATIONEM ADDIDIT
GEORG. ERH. HAMBERGERVS P. P.
QVA
DIFFICVLTATES IN METHODO PLANTARVM OCCVRRENTES VNA CVM MEDIIS QVIBVS EAEDEM REMOVERI POSSVNT ATQVE POTIORVM VOCABVLORVM VSV RECEPTORVM SIGNIFICATVM EXPOSVIT.

IENAE APVD IO. FRIDERICVM RITTERVM
M DCC XXXXVII.

Digitized by the Internet Archive
in 2016

https://archive.org/details/tentamenbotanicu1747wede

GEORGII ERHARDI HAMBERGERI
PRAEFATIO.

Ea hiſtoriae naturalis pars, quae vegetabilia conſiderat, eaque, eum in finem, vt cuilibet plantae nomen vſitatum imponi queat, in claſſes, claſſes in genera ſuperiora, ſuperiora in inferiora &c. diuidit, multos quidem, per integrum ſeculum et quod excurrit, habuit fautores et cultores, qui eo ipſo, quod diuerſas inſtituerunt methodos, quamuis vnus poſt alterum ſcripſerit, ſatis oſtendunt, quemlibet in methodo anteceſſoris multas obſeruaſſe difficultates, quae ipſum impediuerunt,

quo minus plantarum nomen, absque haesitatione, inuenire posset.

Inter eos primarii fere sunt RAJVS, TOVRNEFORT, RIVINVS, LINNAEVS qui diuersis modis rem, in se arduam atque difficilem, aggressi sunt, multumque lucis studio huic arduo affuderunt. Quamquam vero tantum abest vt de doctissimorum horum virorum laboribus aliquid detractum velim, vt potius ex omnibus plurimum me profeciſſe grato animo profitear: Difficultates tamen, quae me, in cognitione plantarum methodica, dubium semper reddiderunt, non possum reticere.

Primum impedimentum erat, quod multi terminos artis, licet frequentissime occurrentes, absque eorum definitione adhibeant; vel, si quam dent definitionem, mancam exhibeant, ita, vt nec ipsi in vsu vocabuli sint constantes. Sic cuilibet constat, qui scripta botanicorum euoluit, quam difficile sit maxime vsitatam floris definitionem ad casus multos speciales adplicare.

Maior difficultas oritur, si petala a calice sint distinguenda ex definitionibus propositis; et horum terminorum tanta est obscuritas, vt viri cordati interdum fateantur, se dubios haerere, vtrum partes plantae, de quibus loquuntur,

tur, ad petala, an ad calicem ſint referendae. Immo inuenies vnum, qui Daphnes ſeu Laureolae florem, quamuis florem tubuloſum quadrifidum eundem adpellet, in apetalorum tamen claſſe collocat.

Alterum incommodum in eo verſatur, quod florem et fructum ſimul inter conſtantes plantarum characteres referant, et ex his coniunctim generum diuiſionem deſumant, cum tamen, in plurimis plantis, tempore floris fructus vel deficiat, vel qualis ſit cognoſci nequeat: Facile quidem largior, ſi quis ad ſolam plantarum diſtributionem in claſſes et genera reſpiciat, non autem eum in finem, vt plantarum nomen inueniri queat, in plantarum characteres inquirat, fructum aeque ac florem conſiderandum eſſe: Sed talis plantarum diuiſio cognitioni earundem parum inſeruit, quia ad characterem requiritur, vt res ſit praeſens, et diſtincte in ſenſus incurrens, id quod tamen de fructu, tempore floris, raro valet. Huc pertinet, ſi ex eo, an ſemen ſit capſula, vel bacca tectum, vel an capſula horizontaliter, vel alio modo dehiscat, itemque ſi ex numero loculamentorum in capſula character deſumatur; in paucis enim plantis, tempore floris, dicti characteres ſenſibus patent.

Tertio illud difficultatem adfert, quod methodus non variet, vbi tamen natura in characteribus eiusdem plantae variare solet. Dantur enim plantae, quarum quidam flores sunt pentapetali, alii hexapetali, alii polypetali, et tamen harum plantarum, vel inter pentapetalos tantum, vel inter hexapetalos tantum, vel inter polypetalos tantum flores mentio occurrit.

Quartum incommodum erat, quod non omnes characteres, etiam in flore simul praesentes, et facile cognoscendi, ad generum constitutionem simul adhibeantur, dum quidam, stamina et pistilla, alii petala et horum numerum, regularitatem vel irregularitatem, alii calicem negligunt. Vnde non potuit non quinto illa emergere difficultas, quod methodus non decenter ad infima genera vsque potuerit extendi, sed interdum viginti et plures plantae, facile distinguendae, et quae peculiaribus plane gaudent nominibus, sub vno genere, absque vlteriore diuisione, comprehendantur.

Nec parum difficultatis ex nominum receptorum, etiam in plantis officinalibus, mutatione oritur. Non dicam quantum incommodum ex hac nominum mutatione in praescriptione plantarum, pro vsu medico, oriri queat, sed

ſed hoc tantum monebo, fieri tali terminorum mutatione, vt botanices ſtudioſus ne quidem tales plantas, quarum nomen ipſi ſatis eſt cognitum, in botanicorum libris inuenire queat. Minime quidem probo, quod veteres diuerſiſſimas plantas, v. g. Helleborum Hippocratis, Helleborum nigrum flore viridi, Helleborum album flore fuſco, Hellebori nomine inſigniuerunt, ſed ſufficit per epitheta has plantas diſcerni. Nulla enim in botanica inde oritur confuſio, praecipue cum botanophilus non ex nomine characterem, ſed ex charactere nomen cognoſcere velit. Quando vero botanicus virtutes plantarum medicas ex libris medicorum diſcere cupit, et veterum nomina neſcit, aut fruſtra quaerit, aut erronee plantae virtutem, quam non habet, tribuit. Quamuis enim botanico animus haud ſit, de virtutibus plantarum agere, nominum tamen mutatio huic medicorum intentioni nocere non debet.

Optimae quidem ſunt regulae recentiorum botanicorum de Nominum impoſitione, ſi de condendo ſyſtemate botanico tunc ſermo ſit, quando plantae nullo adhuc gaudent nomine apud omnes vſu recepto; quod ſi vero plantae nomen iam inter botanicos, medicos et pharmacopoeos

copoeos vſi ſit receptum, maius ſemper incommodum ex nominis mutatione, quam ex eiusdem conſeruatione oritur. Additione tamen nominum receptorum tanquam Synonymorum, obſeruari poſſunt botanicorum regulae absque medicorum practicorum noxa: id quod obſeruauit Clar. Auctor. Dudum igitur optaui vt quis genera plantarum ita conſtitueret atque diſponeret, vt quaelibet planta, in noſtris ſaltem regionibus occurrens, ita ſaltim cognoſci poſſet, vt certus ſit botanophilus, eam, quam in manibus habet plantam, eſſe ſpeciem huius, vel illius generis inferioris, ipſique hoc nomen genericum competere. Ipſe tamen, ob alios labores, quibus quotidie obrutus ſum, hunc laborem in me ſuſcipere non potui. Cum igitur pro muneris, mihi impoſiti, ratione ſtudioſis botanicam exponere deberem, prae omnibus compendiis botanicis placuerunt Cl. D. D. LVDWIGII *inſtitutiones botanicae* qui optimo conſilio methodum Riuinianam cum Linnaeana coniunxit; Quia vero hae tabulae paucas tantum continent plantas, ſuaſu meo Experientisſimus D. D. IOHANNES WOLFFGANGVS WEDELIVS magni noſtri GEORGII WOLFFGANGI WEDELII filius natu minimus, affinis

affinis et amicus meus honoratisſimus, et in plantarum, tam ex natura, quam ex autoribus methodicis, cognitione verſatisſimus, laborem hunc in ſe ſuſcepit, poſtquam ipſi ſententiam meam, quomodo ſupra dicta impedimenta remoueri queant, expoſui. Ad normam nempe tabularum Cl. LVDWIGII, omnia plantarum genera, in RVPPII flora Ienenſi enarrata, concinno ordine diſpoſuit, ita quidem, vt cum Cel. LINNAEO ad eſſentiale floris nihil requirat, quam partes generationi dicatas, antheram nempe, atque ſtigma: illud quidem tanquam organum ſexus maſculini, hoc vero tanquam organon ſexus feminini.

Vt vero ordinem, quo flores ſunt diſpoſiti, eo melius exponere queam, primarios, in re botanica occurrentes, terminos technicos explicabo.

§. 1. *Anthera* eſt pars quaedam plantae in extremitate eiusdem, ſi ficum excipias, conſpicua, puluerem farinaceum exhibens.

§. 2. Plerumque anthera alii cuidam parti plantae tenui cohaeret, quae, quia filum plerumque repraeſentat, *filamentum* dicitur, licet haud raro membranaceae ſit formae. Locus, vbi anthera filamento cohaeret, plerumque eſt

extremitas filamenti, nonnunquam vero anthera quoque lateri filamenti adhaeret, et circa medium filamenti hoc ambit.

§. 3. Totum compoſitum ex filamento et anthera *ſtamen* dicitur.

§. 4. Pars plantae, quae ſemen continet, quatenus nondum matura eſt, *ouarium* nominatur.

§. 5. Ouarium ſaepe in corpus cylindraceum, vel obtuſe prismaticum, abit, quod *ſtylus* appellatur; cuius extremitas, quia plerumque peculiari figura a ſtylo ſeſe diſtinguit, peculiare obtinet nomen, et *ſtigma* audit. Vbi notandum, quamquam ſtylus interdum adeo breuis ſit, vt ſtigma ouario proxime incumbere videatur, plantae tamen ſtylum tribui, et numerum ſtylorum ex ſtigmatum numero diiudicari.

§. 6. Totum compoſitum ex ouario, ſtylo et ſtigmate, *Piſtillum* audit.

§. 7. Stamina plantae *florem* dicemus *masculinum*. Nec refert vtrum filamentis gaudeant manifeſtis vel nullis.

§. 8. Piſtillum plantae *florem* vocabimus *femininum*: Et hic quoque perinde erit, ſiue gaudeat ſtylo manifeſto ſiue ad ſenſum eodem careat. Pars vero plantae, quae, et quatenus antheras et ſtigma coniuncta exhibet, *flos* dicatur

tur *hermaphroditicus.* Antheras et ſtigma hic tantum nominauimus, non quod filamenta et ſtylum, ſi adſint, ab idea floris remoueamus, ſed quia non ſemper filamenta et ſtyli, ob breuitatem, in ſenſus incurrunt.

§. 9. Experimenta et obſeruationes ſat manifeſte probant, Piſtillum plantae officium vteri et vaginae animalium, puluerem vero antherarum ſeminis maſculini officium praeſtare; Commode hinc piſtilla et antherae *genitalium plantae* nomen obtinent. Et generalis floris idea erit quod *flos ſit Organon generationis plantae.*

§. 10. Generaliſima ergo florum diuiſio in claſſes erit, quod ſint vel vnius ſexus tantum, vel vtriusque ſimul: et iſti, qui ſunt vnius ſexus tantum, in maſculinos et femininos diuidantur. Flores vtriusque ſexus, ſeu hermaphroditici primo ponuntur loco, quia plurimi flores ſunt hermaphroditici, pauci vnius ſexus tantum.

§. 11. Vix datur flos ſingularis, qui, ante maturitatem perfectam, aliis plantae partibus non ſit tectus. *Piperis* flos, ſecundum Cl. LVDWIGIVM,* itemque *Zanichelliae* flos maſculinus **

* Inſtit. botan. §. 294.
** Michel. nou. plant. gent. pag. 70. T. 34 B.

tales tantum esse videntur, qui non sunt tecti, quos tamen nondum vidi. Istas plantae partes, quae florem tegunt, *integumenta* floris adpellabimus, nullo habito respectu siue figurae, siue consistentiae, siue modi, quo tegant. Alii enim flores, etiam in statu eorum perfecto, et quando flos dicitur apertus, minimum quod ad partem femininam, tam superius, quam circumcirca lateraliter sunt tecti, id quod in Apocyno videre licet: Alii lateraliter tantum, circumcirca tamen, teguntur, quamquam interdum partes integumenti interualla relinquant, in quibus flos non est tectus; Alii vero ab vno latere tantum sunt tecti.

§. 12. Integumenta haec florum sunt vel *proxima*, quae etiam *propria* dicuntur, vel *remota*, quae etiam *communia* audiunt.

§. 13. Vt *integumentum* sit *proximum* non requiritur vt florem proxime tangat, sed tantum, vt sit proximum ambiens. *Integumentum commune* vero dicitur, inter quod, et florem adhuc datur integumentum proprium, et sufficit, modo integumentum commune in basi tantillum sit remotius a flore, quam proprium. In quo casu etiam fieri potest, vt integumentum commune tegat hiatus a tegumento proprio relictos, et

sic

ſic in progreſſu quaſi fiat proprium, et tamen ad communia integumenta referri debeat.

§. 14. Integumentum proprium quod circumcirca ambit florem *corolla* nominatur. Integumentum proprium, quod ab vno tantum latere florem tegit, *ſquama* dicatur, et *flores* tali tantum integumento praediti *apetali* dicuntur. Integumentum commune vero *calix* audiat, ſiue hoc proprio ſit ſimile, ſiue disſimile. Calix *ſpatha* dicitur, ſi ſit lamina lenuis pellucida ſecundum longitudinem dehiscens.

§. 15. Si tria, quatuor, vel plura dentur vnius floris integumenta, nunquam corolla, ſemper vero calix dicatur triplex, quadruplex, multiplex; ſiue hi diuerſi calices inter ſe ſint ſimiles ſiue disſimiles. Quod ſi igitur lubet, etiam flores pleni dicti ad flores, calice multiplici praeditos, referri queunt. Melius tamen, cum omnibus botanicis, flores pleni tanquam monſtroſi conſiderantur, adeoque inter flores naturales referri non debent.

§. 16. Si corolla ex pluribus conſtet partibus, inter ſe proxime non cohaerentibus, quaelibet talis pars corollae dicatur *petalum*. Idem nomen corollae quoque tribuitur, ſi ſit vnum continuum.

§. 17. Petalum, si sit in limbo diuisum, partes petali, quae sese lateraliter non contingunt, dicantur *laciniae*. Eaedem *labii* nomen obtinent, si sint in parte floris superiore vel inferiore, et supra reliquas prominentes. Quodsi duo sint labia in vna corolla, diametraliter opposita, alterum dicitur superius, seu *Galea* alterum inferius, seu *barba*. Si vero laciniae sint paruae et acutae, *dentes* nominantur. Petalum dictis laciniis praeditum dicitur *laciniatum*, vel *labiatum*, vel *ferratum*. Eadem haec nomina etiam de calice adhibentur. In floribus tetrapetalis irregularibus petalum superius *vexillum*, inferius *carina*, duo lateralia vero *alae* adpellantur.

§. 18. Basis cui flos vnius sexus, et si hermaphroditicus sit, femininus innititur, *thalamus* vel *receptaculum* dicatur. Ad florem femininum in hermaphroditicis thalamum restringimus, non ea ex ratione ac si solus flos femininus ex thalamo prodiret, experientia enim docet, in multis plantis antheras, corollam et calicem eadem niti basi cum flore feminino, sed quia stamina saepe etiam ex corolla et calice, corolla quoque ex calice, calix vero ex pedunculo prodeunt.

§. 19.

§. 19. *Pedunculus* eſt pars cylindracea, quae thalamum cum reliquis plantae partibus coniungit. Vbi notandum eſt, et thalamum, et pedunculum adeo interdum eſſe exiguos, vt pedunculus deeſſe videatur, thalamus vero ab extremitate pedunculi haud differat.

§. 20. Reperiuntur interdum et alia integumenta, quae a thalamo ſunt remota, et non reliqua ſolum integumenta, ſed partem etiam pedunculi ſimul tegunt, immo haud raro ambiunt; Dicuntur haecce *inuolucra*, ab aliis, ſi habitu gaudeant folii cuiusdam, *folia floralia*. Inuolucra videri poſſunt in corno femina, vulgo ſic dicta, et in plerisque plantis vmbelliferis, folia floralia vero in pulſatilla et anemone.

§. 21. Quodſi plures flores, integumento proprio gaudentes, preſſe vno nitantur thalamo, integumentum vero commune, ſeu calix totum complexum omnium ambiat, complexus horum florum *flos* dicitur *compoſitus*.

§. 22. Minime neceſſe eſt, vt omnes iſti ſingulares flores, quorum complexus florem exhibet compoſitum, proprio gaudeant integumento, ſufficit plures, communi thalamo exceptos tali gauderet integumento, licet alii, nullo integumento proprio praediti, quique *nudi*

di dicuntur, iſtis ſint intermixti. Corolla propria, qua ſingulares flores gaudent ſemper eſt monopetala.

§. 23. Diſtinguuntur quoque flores ab eo num thalamus vel calix ſit fructifer. Thalamus dicatur fructifer, vbi calix haeret infra ouarium, quando vero calix, vel ſaltim eius laciniae, ſupra ouarium haerent, *calix* dicatur *fructifer*.

§. 24. Reperiuntur quoque corollae quae nullum genitale plantae inuoluunt, v. g. in opulo; Si has, ob habitum externum, cum *Linnaeo flores* neutros adpellare lubeat non repugnabimus; hoc certum eſt, ſecundum definitionem datam eas inter flores referri haud poſſe, quia eſſentiale floris deeſt, ad monſtra potius pertinent hinc in methodo florum legitimorum conſiderari non merentur. Quamquam vulgo ab iis botanicis, qui corallam tanquam eſſentiale floris conſiderant, pro floribus habeantur.

§. 25. Regularitas floris, vſitato modo, a regularitate corollae praedicatur. *Regularitas* vero *corollae* ex partium eiusdem, (ſiue ſint petala, ſiue laciniae, ſiue tertium quoddam, quod appendix dici poſſet, vti in Apocyno) vel omnium, vel alternantium ſimilitudine, vel potisſimum aequalitate cognoſcitur.

§. 26.

§. 26. In quibusdam corollis monopetalis, ea pars corollae, quae ouario eſt proxima, cylindricae eſt figurae, et *tubus* dicitur; extremitas vero corollae a tubo diuerſa, et, ſi ipſa quoque ſit cylindrica, maiori diametro praedita, *limbus* audit. Cauitas corollae in eo loco, vbi tubus deſinit et limbus incipit, *faux* corollae appellatur. Interdum tubus corollae monopetalae admodum breuis eſt, et limbus ex ſimplici lamina, non conuoluta, conſtat. Talis corolla dicitur *lingulata*. Vbi notandum, praedicata hactenus expoſita corollae, tanquam floris praedicata eſſe in vſu, ſic, vt flores dicantur monopetali, dipetali, &c. regulares, tubuloſi, lingulati, faux, limbus, tubus floris, &c. quem loquendi vſum retinuimus, quia errorem non parit, et ne quid moris recepti absque ratione mutaſſe videamur.

§. 27. Dantur etiam complexus florum, tam ſimplicium quam compoſitorum, vbi quilibet flos proprio gaudet pedunculo, minime vero, ab vno omnes excipiuntur thalamo. In hiſce modus quoque florendi conſideratur, et plantae dicuntur florere ad alas, in thyrſo, in corymbo, in ſpica, et in vmbella.

§. 28. *Alae* ſunt anguli iſti, quos foliorum petioli cum ramis vel truncis includunt. Ex

hoc angulo ſi prodeant florum pedunculi, *plantae ad alas florere* dicuntur. Integer complexus florum, ex alis prodeuntium, ſi ambiat caulem, vel ramum, ſiue ex toto, ſiue ad dimidium tantum, ita, vt annulum quaſi conſtituat, *verticillus* adpellatur.

§. 29. *In ſpica* florere dicuntur plantae, quando complexus florum, corpus longum, in extremitate magis quam in principio tenue, repraeſentat, ita quidem, vt ratio huius figurae, in extremitate acuminatae, ab inaequali magnitudine, vel florum, vel pedunculorum, vel vtrorumque pendeat. Si omnes ſpicam conſtituentes flores ex vno tantum latere rami vel trunci prodeant, *ſpica* dicitur *homomalla*. Complexus verticillorum ſpicam exhibens *ſpica verticillata* audit.

§. 30. Complexus florum, ex pedunculis, in plures ramos irregulariter diuiſis, prodeuntium, cylindrum vel pyramidale corpus exhibens, *thyrſus* adpellatur. Complexus vero florum, ex pedunculis, irregulariter in ramos diuiſis, prodeuntium, ſuperficiem, ſeu diſcum planum, concauum vel conuexum exhibens, *corymbus* nominatur. *Amentum* eſt pedunculus communis, quem ſqamae tenues flexiles ſpirali modo ambi-

ambiunt, quibus flores nituntur vel tecti sunt. Si squamae rigidae crassae sint, et imbricatim sibi adplicentur, inter quas flores, plerumque feminei, vel, tempore maturitatis, semina haerent, *strobili* vel *coni* nomine totum compositum venit. Quodsi denique florum pedunculi omnes ex vnico quasi centro prodeant, et nullus pedunculus ramos spargat, (quamquam ex eius extremo puncto non semper flos, sed alius similis pedunculorum non ramosorum complexus prodeat) ipse vero florum complexus discum planum, concauum, vel conuexum exhibeat, complexus horum florum dicitur *vmbella*. Ad *florem* tamen *vmbelliferum* dictae vmbellae notae haud sufficiunt, sed insuper requiritur, vt flos sit pentapetalus, et quilibet flos duo semina habeat nuda, quibus insistat.

§. 31. *Semen* est ea plantae pars, flori feminino cohaerens, quae matura, loco conuenienti humido demandata, intumescit, et filamenta ipsi semini dissimilia spargit. Facile largior hanc descriptionem seminis eo tempore, quo semen cognoscere debemus, non posse adplicari, sed sufficit 1) eam in statu dubio adhiberi posse, 2) omnes, qui semina viderunt, horum habere ideam claram, ad cognitionem sufficientem.

§. 32. Omne ſemen quidem membrana quadam eſt inuolutum, quodſi tamen membrana extrema ſit admodum tenuis, et adeo firmiter ſemini cohaereat, vt a ſemine, ſine huius laeſione, ſeparari nequeat, *ſemen* dicitur *nudum*. Sin ſemen, vel ſemina, aliis gaudeant inuolucris, quae vel nudis oculis a ſemine, per ideam claram cognito, et diſſecto diſtinguuntur, vel facile ab eodem ſeparantur, ſemen dicitur tectum.

§. 33. *Pappus*, in ſtricto ſignificatu, notat corpus tenue et leue, ſeminis ſummitati cohaerens, vi cuius a vento ſemen facile agitatur, et in filamentoſum atque membranaceum diuiditur. In vſu tamen quoque eſt, vt Pappi nomine indicentur filamenta admodum tenuia et mollia, diſco thalami floris cohaerentia. Si filamenta, quae in diſco thalami reperiuntur, ad capillorum craſſitiem et rigiditatem accedant, *villi* dicuntur: Sin laminae tenues in dicto diſco reperiantur, iſtae *palearum* nomen obtinent.

§. 34. Expoſiti hactenus termini ſufficere poſſunt ad dicta in tabulis intelligenda. Nec nobis vitio verti poterit, quod ideam corollae et calicis ſtrictius determinauimus, quam ordinarie fieri ſolet; Licitum enim non ſolum, ſed et neceſſarium eſt terminis, quorum vſus vagus

eſt,

eſt, ſtrictum tribuere ſignificatum, ita quidem, vt botanicus, florem conſiderans, nunquam dubius haereat, num partem plantae ad corollam, vel calicem floris referre debeat.

§. 35. Hoc ſtricto horum vocabulorum vſu factum quidem eſt, vt multi flores, qui ab aliis inter apetalos referuntur, ad dipetalos ſint relati, et plurimi ex hexapetalis in tripetalorum claſſem tranſierint, quia, ſecundum datas corollae et calicis definitiones, multa integumenta, quae aliis calices audiunt, ad petala debebant referri, et contra multa inuolucra, quae alii inter petala, ob colorem, quo gaudent, numerant, calices dicenda erant. Sed haec florum in alias claſſes translocatio ne iis quidem, quibus alia methodus iam cognita eſt, multo minus tyronibus, difficultatem obiiciet, contra vero adplicationem methodi ad plantas inſigniter iuuabit. Nec nobis obiici poterit, quod ab vſu loquendi recedamus; vix enim credo, conſtantiam hanc in vſu loquendi, vel recentiorum botanicorum tantum autoritate, probari poſſe. Minimum, ſi detur caſus, vbi nos aliquid petalum adpellamus quod omnes calicem adpellant, v. g. in plantis ad frumenta pertinentibus, vel vbi nos aliquid calicem nominamus, quod omnes pro petalo

agnoſcunt, facile demonſtrari poterit, iſtum conſenſum non ex diſtincta ſed confuſa idea natum eſſe, id quod ex eo patet, quia in aliis, plane ſimilibus, floribus, non eodem loquuntur modo.

§. 36. Hoc tamen non reticebo, non ſemper fieri potuiſſe, cum ipſe tabulas typis deſcribendas, in gratiam meorum auditorum, vrgerem, vt omnes flores ipſe conſiderauerit D. D. WEDELIVS in natura, ſed deſcriptiones, aliorum probatorum Autorum, praeſertim Cel. LINNAEI et TOVRNEFORTII tabulas, interdum adhibere debuit, vt florem in locum, qui ipſi ſecundum methodum competit, collocaret. Fieri hinc omnino potuit, et ex aliis quoque cauſis, vt huic vel iſti flori decens in tabulis locus non ſit aſſignatus. Immo, quamuis omni ſtudio in id incubuerit Dn. AVCTOR, vt flores eiusdem nominis, immo ſaepe in vna planta creſcentes, ſed numero petalorum, antherarum, ſtylorum, ſtigmatum vel in aliis characteribus variantes, toties ſub diuerſis generibus collocaret, quoties diuerſi characteres id requirebant, quilibet tamen perſpiciet, in tanto varietatum numero, facile fieri potuiſſe, vt vna vel altera varietas non fuerit obſeruata, et in tabulis omiſſa. Illud igitur

igitur facile adparet, has tabulas, post alteram vel tertiam editionem, istam demum, quae pro nostro scopo desiderari potest, perfectionem obtinere posse. Tyronibus scriptae sunt, quibus etiam prima haec editio admodum vtilis esse potest. Si Deus vitam ac sanitatem experientissimo AVCTORI benigniter concesserit, id quod sincero pectore opto, eiusque conatus, perfectiores redditi, litterato orbi haud displicuerint, omnes species, ad quodlibet infimum genus pertinentes, et circa Ienam crescentes, secundum ordinem generum, vna cum earum notis characteristicis, cum eo communicabit.

§. 37. Quamuis vero petalum, seu corolla, secundum datam floris definitionem, (§. 7. 8. 9.) minime sit pars floris essentialis, (id quod etiam ii agnoscere debent, qui flores in petaloideos et stamineos diuidunt) quia tamen est integumentum speciosum, maxime in sensus incurrens, et omnibus floribus, singularibus (pipere tantum et Zanichellia quantum scimus exceptis) competens, ex eodem commode ordines florum, seu diuisio classium in ordines desumuntur, ita quidem, vt petalorum numerus, vel eorum regularitas aut irregularitas, fundamentum diuisionis praebeat.

§. 38.

§. 38. Si ſecundum ſummam ἀκρίβειαν claſſes et genera florum conſtituenda eſſent

Summa claſſis a ſexu:

Altera claſſis, ſeu primum genus, a regularitate, vel irregularitate corollae,

Tertia claſſis, ſeu ſecundum genus a ſimplicitate, vel compoſitione floris,

Quarta claſſis a numero petalorum, deſumi potuiſſet. Sed quia in dipetalis pauci dantur regulares, et in tripetalis, hexapetalis, et polypetalis pauci irregulares flores, inſuper alii compoſiti non dantur flores, quam quorum ſimplices petaloidei ſunt monopetali, ideo cum Cel. LVDWIGIO regularitatem ac irregularitatem, itemque ſimplicitatem et compoſitionem ad conſtituenda ſuperiora genera non adhibuimus, ſed ſequenti ordine claſſes ſuperiores collocatae ſunt.

Flores ſunt	*Plantae*
I. vtriusque ſexus ſimul	I. gaudent flore diſtincto
A. Petaloidei ſeu corolla tecti	A. Hermaphroditico
1. monopetali	1. pataloideo
a. ſimplices	a. monopetalo
1. regulares	1. ſimplici
2. irregulares	α. regulari
	β. irregulari
	b. com-

b. compoſiti
1. ex tubuloſis tantum
2. ex lingulatis tantum
3. ex mixtis
2. dipetali
3. tripetali
4. tetrapetali
a. regulares
b. irregulares
5. Pentapetali
a. regulares
b. irregulares non vmbellati
c. vmbellati
6. Hexapetali
7. Polypetali
B. Apetali
II. vnius ſexus tantum
a. maſculini
b. feminini.
2. compoſito
α. ex tubuloſis tantum
β. ex lingulatis tantum
γ. ex mixtis
b. Dipetalo
c. Tripetalo
d. Tetrapetalo
α. regulari
β. irregulari
e. Pentapetalo
α. regulari
β. irregulari non vmbellato
γ. vmbellato
f. Hexapetalo
g. polypetalo
2. apetalo
B. vnius ſexus, tantum: ita tamen vt flores maſculini et feminini ſint
a. in vna planta, et audiant monophytae
b. in diuerſis plantis, et dicantur diphytae
C. vnius ſexus et hermaphroditico ſimul
II. carent flore ſaltim ad viſum, et hae ſunt
a. terreſtres
1. herbaceae
2. carnoſae vel coriaceae
b. aquaticae.

§. 39. Genera inferiora ex numero antherarum, his rurſus inferiora ex ſtylorum numero, ſunt definita. Reliquae vero ſubdiuiſiones a calice, thalamo, et huic connexis,

pappo, villis, paleis, modo florendi, aliisque, v. g. ouario, immo feminibus, in iis nempe plantis, in quibus flores et fructus diſtincti ſimul adſunt, deſumtae ſunt.

§. 40. Flores vnius ſexus reperiuntur vel in vna eademque planta, ita quidem, vt in vno loco plantae flos haereat maſculinus, in alio femininus, vel alia eſt planta, quae florem fert maſculinum, alia quae femininum. Priores monophytae, poſteriores diphytae audiunt.

§. 41. Flores maſculini omnes ad vnam claſſem ſunt redacti, nullo habito reſpectu, num ſint in plantis monophytis aut diphytis, quia ſaepius fit, vt florem a planta remotum conſiderare debeamus; in quo caſu botanophilus ſcire nequit, num planta, ad quam flos pertinet, ſit monophyta, vel diphyta; ideoque dubius eſt, in qua claſſe nomen plantae quaerendum ſit; quae confuſio, dicta collectione florum maſculinorum in vnam claſſem, facile euitatur. Ex eadem ratione omnes quoque feminini flores ſub vna reperiuntur claſſe. Vt tamen botanophilus ſciat, ſi florem vnius ſexus conſiderat, num florem alterius ſexus in eadem, vel alia quadam planta quaerere debeat, per adiectam floris nomini litteram *m* vel *d* in tabulis oſtenditur, vtrum planta ſit monophyta vel diphyta.

§. 42. Inter diphytas plantas reperiuntur quaedam, quae, praeter flores vnius ſexus, etiam hermaphroditicos exhibent. Hos quoque inter hermaphroditicos flores recenſendos eſſe ducimus; quia, qui talem florem in manibus habet, ex eo cognoſcere nequit, dari, in eadem planta, adhuc flores vnius ſexus tantum, adeoque neſcit hunc florem inter diphytos quaerendum eſſe. Quia vero tunc, cum primae imprimerentur tabulae, hos flores ad diphytos referendos eſſe credebamus, ideo inter hermaphroditicos in his Tabulis non reperiuntur. Ne vero plane in iis deſint,

desint, iidem, vna cum paucis aliis omissis floribus, in fine praefationis adiecti sunt. Lectorem ergo beneuolum rogamus, vt, quemlibet eorum, in suo loco, tabulis adscribat, quod, cum pauci sint, absque incommodo fieri posse arbitramur.

§. 43. Plantae manifesto flore destitutae, cum ex characteribus florum, et partium ad hos spectantium, distingui haud possent, partim ex loco, vbi crescunt hae plantae, nempe vel extra aquam, quas terrestres dixit, vel in aqua, partim ex substantia, quam in herbaceam, carnosam, et coriaceam diuisit, partim ex loco, vbi earum masculinum reperitur semen, partim ex foliorum figura, partim ex directione, secundum quam ex aliis prodeunt corporibus, partim ex aliis circumstantiis, in sensus maxime incurrentibus, desumsit clarissimus AVCTOR.

§. 44. In hac plantarum, manifesto flore destitutarum, distinctione AVCTOR clarissimus alios sequutus est botanicos celeberrimos, et facile largior characteres adductos tales non solum esse, quibus species magis plantarum, flore praeditarum, distinguuntur, quam qui generum diuisioni inseruiunt, sed et hos non ita ordinatos esse, vt cognitioni harum plantarum plene sufficiant. Prius facile condonabit lector beneuolus, cum characteres generum ex floribus, et horum partibus connexis desumantur, quibus hae plantae, quantum adhuc obseruare licuit, destituuntur. Alterum vero iis tantum reprehendere licet, qui ordinem magis concinnum suppetidabunt, quod grato semper agnoscemus animo, donec melior succurrat.

§. 45. Hoc tandem adhuc notandum duximus, petalorum non nisi sex, stylorum octo tantum, antherarum vero duodecim numerari. Plures harum partium si occurrant, flores dicuntur *polypetali*, *polystyli* et *polyantheri*.

Illud denique de floribus compoſitis botanophilus admonendus eſt, flores lingulatos, in ambitu floris compoſiti, ex tubuloſis et lingulatis, poſitos, ſemper eſſe feminas, ex quo fundamentum quinque diuiſionum claſſis quintae perſpici poteſt.

ADDENDA.

pag. 5. poſt. lin. 2. adde
α. nullo, corolla quinquefida, ſtigmate trifido. *Alaternus*, Rhamni ſpec. Linn.
lin. 3. vero α. deleatur et ponatur β.

pag. 39. lin. 1. poſt dianthera adde ſtigmate
1. ſimplici IBERIS Rupp.
2. bifido. FRAXINVS.

pag. 43. poſt. lin. 15 adde
c. obtuſis, concauis, erectis. RHODIOLA Linn. *Roſea* Riu. Rupp.

pag. 44. poſt. lin. 18. adde
II. pentanthera, antheris connatis, calice diphyllo minimo. IMPATIENS Linn. Riu. *Balſamina* Tournef. Riu.

et lin. 19. del. II. et pon. III.

pag. 45. lin. 15. del. III. et pon. IV.

pag. 68. lineas 11. et 12. dele, et pone
I. Hexantherae monoſtylae calice
1. monophyllo, campanulato, duodecimfido; petalis ſubrotundis, minimis, calici inſertis. PEPLIS Linn. *Portula* Dill. *Portulaca ſpur.* Rupp.
2. hexaphyllo colorato, petalis ſimili. BERBERIS.

pag. 74. poſt. lin. 17. addatur γ. lanceolatis; foliis neruoſis, ouatis, floribus in ſpica. VERATRVM m. vid. p. 37.

pag. 75. lin. 2. poſt calice ponatur α, et poſt lineam 5tam ponatur β. monophyllo quadrifido, petalis minimis deciduis, interſtitiis laciniarum calicis inſidentibus. CERVISPINA. d. Rhamni ſpec. Linn.

pag. 78. lin. 13. et 14. deleatur, et lin. 15. b. del.

pag. 82. poſt. lin. 2. pone 2. monophyllo quadrifido, petalis minimis deciduis, interſtitiis laciniarum calicis inſidentibus. CERVISPINA d. Rhamni ſpec. Linn. et lin. tert. 2 del. et pon. 3.

Errata, quae irrepſerunt, B. L. corriget et excuſabit.

* * *



CLASSIS I.

PLANTAS FLORE REGVLARI MONOPETALO SISTIT,

quae ſunt

I. Diantherae monoſtylae
petalo infundibuliformi
A. quadripartito, calice monophyllo
α. quadridentato, tubulato, paruo. Tubo petali
a. longo. SYRINGA. *Lilac.*
b. calice duplo paulo longiore. LIGVSTRVM.
c. longitudine calicis. OLEA.
B. quinquepartito, calice monophyllo
1. quinquedentato, tubulato, oblongo; tubo petali cylindraceo longo. IASMINVM.

II. Triantherae
I. monoſtylae, ſtigmate triplici
1. conuoluto ſerrato. CROCVS.
2. maximo, laciniis petala mentientibus, ſtamina deprimentibus; apicibus bifidis.
IRIS } foliis enſiformibus
XYPHIVM } foliis ſubulatis gaudet.

II. Diſtyla, petalo valuoſo. calyce biualui. ALOPECVRVS.

III. Tetrantherae

A. monoſtylae, ſtigmate:

I. ſimplici, calice

a. nullo, petalo

1. recto, campanulato, vix ſemiquadrifido. ELAEAGNVS.

2. tubulato octopartito. ALCHIMILLA.

b. diphyllo, floribus in ſpica breui congeſtis. SANGVISORBA.

c. quadripartito

α. breuiſſimo, floribus in ſpica denſa, caule erecto

1. non ramoſo. PLANTAGO.

2. ramoſo. *Pſyllium* ſpec. prior.

β. patente, laciniis corolla longioribus. Limbo petali quadripartito plano, laciniis ſubouatis; caule triangulari, foliis alternis, floribus iisdem inſidentibus. CENTVNCVLVS ſ. *Anagallis ſpuria* Rupp.

d. ſemiquinquefido, ſtaminibus 2. breuioribus. PLANTAGINELLA, *Limoſella* Linn.

II. duplici, foliis

γ. ſtellatis

a. petalo plano vix tubuloſo, quadripartito, foliis

1. ſenis ad 10. vel 12, rigidis, hiſpidis; ramis florigeris ex foliorum alis paucifloris. APARINE.

2. ſenis

2. ſenis ad 9. floſculis in ſpicam vel vmbellam laxam digeſtis. GALLIVM.
3. quaternis, floſculis in alis verticillorum confertis. CRVCIATA.

b. petalo tubuloſo quadripartito, foliis
α. 4. ad ſex in vno verticillo, floribus vmbellatis
1. foliorum piloſorum et ciliatorum corona ſuccinctis. ASPERVLA.
2. foliorum corona non piloſa et ciliata. SHERARDIA.
β. octonis, ramis quadrifloris nudis, ex ſummo verticillo, vt et inferioribus verticillis lateraliter exortis RVBEOLA ſ. *Matriſylua* offic.

c. petalo non tubuloſo quadripartito, plano, acuto, baſi concaua; foliis aſperis ſerratis. RVBIA.

z. folio cordato, petalo campaniformi, ſegmentis quatuor reflexis profunde inciſis. VNIFOLIVM.

B. Diſtylae, calice
1. nullo, petalo tubulato, ore plano octopartito. APHANES Linn. *Percepier* Dill. *Alchimilla mont.* Rupp.
2. monophyllo, cyathiformi, ſemiquadrifido, baſi carnoſo. CVSCVTA.

C. Tetraſtyla, ſtigmate quadruplici. ILEX ſ. *Aquifolium.*

IV. Pentantherae

A. monoſtylae

I. Thalamo fructifero, fructu delineato

α. in ouulis quatuor, ſtylo ex medio ſurgente, orificio tubi petali

1. nudo, calice

a. quinquedentato, cylindraceo, pentagono. PVLMONARIA.

b. quinquepartito, limbo petali ſemiquinquefido

1. obtuſo erecto. LITHOSPERMVM. *Lappula* Riu. ſpec. prior.

2. tubuloſo ventricoſo quinquedentato. CERINTHE.

2. ſquamis ornato, petalo ipſo

a. rotato, laciniis

1. ouato-acuminatis. BORRAGO.

2. ouato-obtuſis. OMPHALODES.

b. infundibuliformi, limbo petali

1. tubulato, ventricoſo, quinquedentato. SYMPHYTVM.

2. ſemiquinquefido; tubo petali

α. inflexo LYCOPSIS. *Echioides* et *Bugloſſoides* Riu.

β. recto, calice

1. quinquepartito, tubo dicto petali

a. limbo breuiore. CYNOGLOSSVM.

b. fere aequali, et longitudine calicis. BVGLOSSVM.

2. ſemiquinquefido tubulato. HELIOTROPIVM.

3. quinquefido, denticulis duobus ſingulis laciniis interpoſitis. ASPERVGO.

β. Oua-

β. Ouario ſimplici, petalo
1. infundibuliformi, calice
α. monophyllo
a. tridentato, limbo petali erecto-patente, in 4, 5, 6, lacinias ſecto. CORDIA ſ. *Sebeſtena.*
b. quadridentato, limbo petali plano, quinquepartito, laciniis lanceolatis, lateribus reuolutis. COFFEA.
c. quinquedentato, limbo petali
α. patente, ſemiquinquefido, laciniis cordatis, emarginatis, obtuſis, foliis
1. rugoſis, hirſutis. PRIMVLA.
2. non rugoſis et carnoſis. *Auricula.*
β. erecto patulo
a. quinquangulari, quinqueplicato, fere integro, quinquedentato, acuminato. DATVRA ſ. *Stramonium.*
b. quinquefido, laciniis ouatis. PLVMBAGO ſ. *Dentellaria.*
d. ſemiquinquefido, limbo petali
1. patulo, ſemiquinquefido, quinqueplicato. NICOTIANA. *Petum* Riu.
2. plano quinquepartito, laciniis ouato-oblongis, obtuſis, integris. ANDROSACE.
e. quinquepartito, limbo petali
vltra medium quinquefido, laciniis reflexo-patentibus, hirſutie notatis. MENYANTHES, et *Nymphoides.*

β. pentaphyllo
a. erecto ventricoso. IALAPPA.
b. oblongo minimo, limbo petali quinquefido patente, laciniis lanceolatis planis. IPOMOEA
ſ. *Quamoclit.*
2. rotato, calice.
a. monophyllo
α. ſemiquinquefido
1. ventricoſo, pentagono. PHYSALIS ſ. *Alkekengi.*
2. erecto, acuto, SOLANVM.
3. cyathiformi, acuto. POLEMONIVM.
β. quinquefido, erecto. CAPSICVM.
b. quinquepartito, limbo petali plano, laciniis quinque
1. ouato-orbiculatis. ANAGALLIS.
2. ouato-oblongis, LYSIMACHIA. *Nummularia.*
3. inferius globoſo, limbo quinquepartito, ſurſum reflexo, laciniis ouato-lanceolatis. CYCLAMEN.
4. campanulato, calice
1. nullo, petalo ipſo quinquefido, laciniis
α. acutis. FRANGVLA.
β. obtuſis, reuolutis. GLAVX ſ. *Glaucoides* Rupp.
2. monophyllo ſemiquinquefido, erecto, magno, campanulato, quinquangulari, limbo petali vltra medium quinquefido. MANDRAGORA.
3. quinquepartito, ouato, obtuſo, minimo; limbo petali

petali magno, plicato, margine breuiſſime inciſo, vel etiam integro. CONVOLVVLVS.

5. turbinato ſemiquinquefido, interne tantum colorato, calice
nullo. LINOSYRIS Riu. *Theſium* Linn.

γ. Ouario duplici, ſubrotundo, cui ad latera corpuſcula duo ſubrotunda adiacent; petalo infundibuliformi, limbo quinquepartito, ſtigmate duplici; inferiori orbiculato plano, ſuperiori capitato concauo. VINCA.

II. Calice fructifero, ſ. germini inſidente, petalo
a. ſtellato, antheris coalitis, calice
α. externo decaphyllo
β. proprio quinquedentato. RAPVNTIVM Rupp. *Iaſione* Linn.
b. campanulato, calice
quinquepartito, erecto-patente, laciniis petali latis, acutis, patulis. CAMPANVLA.
c. rotato, calice
quinquepartito, ſegmentis capillaribus longitudine petalorum. SPECVLVM. *Companul. ſpec.*

B. Diſtylae, ſtigmate duplici, ouario
1 ſimplici
a. oblongo, cylindraceo, biualui,
petalo inferne tubulato, ſuperne in 5. et plures partes fiſſo, plano, figura varia. GENTIANA. *Centarium* ſpec. prior. et differt diametro tubi dimidia linea non maiore.

b. ouato

b. ouato, petalo quinquepartito, acuto, patente, interne colorato. HERNIARIA.
c. ouato, acuminato, longitudine calicis, laciniis petali ouatis, patulis. CELTIS.
d. orbiculato, petalo ipso turbinato, rugoso, quinquefido. VLMVS.

2. duplici, singulis
a. subrotundis
1. bifido, petalo infundibuliformi, tubo limbo breuiore, limbo maximo, quinque partito, laciniis latis, obtusis. NERIVM.
b. ouatis acuminatis, calice
a. quinquefido, petalo
1. plano, quinquepartito, laciniis ouato-acuminatis. ASCLEPIAS.
2. reflexo, quinquepartito in ambitu, corniculato in centro. APOCYNVM.
β. triphyllo, petalo quinquepartito, erecto. GOMPHRENA *f. Amaranthoides.*
c. oualibus, introrsum planis, petalo plano, magno, vltra medium quinquefido, laciniis planis, acuminatis, plurimis. STAPELIA. *Crassa* Riu.
d. minimis, calice
quinquefido minimo; petalo
1. rotato quasi, plano, quinquepartito, laciniis oblongis, linearibus, truncatis, emarginatis. PERIPLOCA.
2. rosaceo, paruo. ZIZIPHVS.

C. Tristylae, in corymbo florentes, petalo
1. campanulato
a. semiquinquefido

a. erecto.

α. erecto-patente, laciniis obtusis, reflexis. Foliis coniugatis, ouatis, denticulatis, lanuginosis, subtus incanis. VIBVRNVM.

β. obtuso, laciniis subcordatis, foliis coniugatis oblongo-ouatis, integris, acuminatis, nitidis. TINVS.

b. quinquefido, obtuso, laciniis reflexis. Foliis coniugatis, trilobatis, serratis. OPVLVS.

2. rotato, concauo, semiquinquefido, obtuso, laciniis reflexis. Foliis pinnatis, subouatis, acutis, et acute serratis. SAMBVCVS.

V. Hexantherae.

I. monostylae, corolla in sex lacinias, vel maiores, vel minores, diuisa; calice

α. nullo, ouario

1. globoso, petalo

a. globoso-campanulato. CONVALLARIA.

b. tubulato-campanulato. *Polygonatum* spec. prior.

2. breui, trigono, trisulco. petalo

α. tubulato campanulato. HYACINTHVS.

β. ventricoso tubulato. *Muscari* spec. prior.

3. oblongo, obtuse triquetro; petalo campaniformi, laciniis ouatis maximis. YVCCA.

4. subrotundo

a. sulcato; petalo infundibuliformi, limbo patente, superne magis reflexo. HEMEROCALLIS Linn. *Lilio-Asphodelus.*

b. non sulcato; petalo

α. infundibuliformi, tubo incuruo longo,

limbo patulo, laciniis ouatis. POLIANTHES. *Hyacinth. tuberos.*

β. rotato fere, laciniis lanceolatis planis, patentibus. ASPHODELVS.

5. figurae variae; petalo tubuloſo, ventricoſo, longo. ALOE.

β. hexaphyllo, vel etiam polyphyllo; maximo, vmbellulifero. HAEMANTHVS.

γ. ſpatha, ouario ſub receptaculo

a. ſubrotundo

1. ſulcato; petalis lanceolatis. AMARYLLIS Linn. *Lilio narciſſus.*

2. non ſulcato; obtuſe triquetro; petalis ouatis, acuminatis, planis, corona in fauce tubi. NARCISSVS.

II. Diſtyla, calice nullo. PERSICARIA.

III. Triſtyla. COLCHICVM.

VI. Heptanthera, calice

a. nullo. PERSICARIA.

b. heptaphyllo. TRIENTALIS.

VII. Octantherae

I. monoſtylae, calice

α. nullo, petalo tubuloſo; tubo

a. longo, limbo quadripartito, laciniis ouatis, acutis, planis, patentibus. DAPHNE. *Laureola.*

b. infra medium ventricoſo; limbo quadripartito, laciniis concauis, ouatis, obtuſis. PASSERINA.

β. monophyllo, ſemiquadrifido, obtuſo, minimo; petalo ouato-campanulato, vix ſemiquinquefido. DIOSPYROS Linn. *Guaiacana* Rupp.

γ. tetra-

γ. tetraphyllo; petalo
1. erecto, quadrifido. ERICA.
2. campanulato. *Tetralix* Rupp. ſpec. prior.
3. pene globoſo, quadridentato. VACCINIVM.
4. profunde quadrifido, per maturitatem reflexo. *Oxycoccus*. ſpec. prior.

II. Diſtyla. CHRYSOSPLENIVM.

III. Triſtylae, petalo quinquepartito; calice
1. nullo, ouario
α. triquetro. BISTORTA.
β. ſubrotundo. PERSICARIA.
2. petalis adnato, viridi. POLYGONVM.

IV. Tetraſtyla. MOSCHATELLINA.

VIII. Enneanthera. RHEVM.

IX. Decantherae

A. monoſtylae, ouario
1. ſubgloboſo,
a. receptaculo, decem punctis notato, inſidente; calice quinquepartito, obtuſo, minimo. Petalo globoſo, ore quinquefido; laciniis obtuſis, reuolutis, paruis. ARBVTVS.
b. receptaculo non punctato; calice quinquepartito, acuto, minimo, colorato, farinoſo. Petalo ouato, vel campanulato, inflato, quinquefido; laciniis reflexis. ANDROMEDA.
2. pyramidali; calice quinquangulo breuiſſimo. Petalo campaniformi, quinquefido, laciniis ſubrotundis peramplis; ſtaminibus ſimul quinque longioribus. CHAMAERHODODENDROS Rupp.

3. conico, calice duplici: externo monophyllo minimo; interno pentaphyllo colorato. Petalo ipso tubulato, decem vel pluries dentato. MELIA Linn. *Azederach.*

B. Distyla. SCLERANTHVS Linn. *Knawel.* Rupp.

C. Tristyla. BISTORTA.

D. Tetrastyla. MOSCHATELLINA.

E. Pentastyla. COTYLEDON.

X. Dodecanthera, stigmate stellato, sexpartito: ASARVM.

XI. Polyantherae, filamentis staminum

I. distinctis

A. monostylae, calice

1. nullo, stigmate stellato, octopartito, laciniis eius reflexis; petalo campanulato, semiquinquefido. HYPOCISTIS Tour.

2. monophyllo

a. quinquedentato

1. cylindraceo, erecto, breui. Petalo infundibuliformi; limbo quinquepartito magno, patente. STYRAX.

2. minimo. petalo infundibuliformi, semiquinquefido, paruo. MIMOSA. *Acacia Indica.*

b. tubulato, ventricoso, foliolis squamosis adsperso; staminibus calici insertis: petalo tubulato multifido. CACTVS. *Melocactus.*

3. diphyllo, stigmatibus tribus semibifidis. Limbo petali quadripartito, laciniis gibbis, crassis, semilunatis EVPHORBIA. *Esula* Riu.

II. in

II. in tubum coalitis, monoſtylae, ſtigmate
- α. quadruplici, calice externo monophyllo, ſemitrifido, plano, maiore. GOSSYPIVM.
- β. quintuplici, calice externo
  - a. octophyllo. HIBISCVS Linn. *Ketmia* Rupp.
  - b. dodecaphyllo. TRIONVM Linn. *Bammia* Rupp.
- γ. multiplici, calice
  - 1. ſimplici, ſemiquinquefido cyathiformi. SIDA Linn. *Abutilon* Rupp.
  - 2. externo
    - a. monophyllo
      - 1. ſemitrifido. LAVATERA.
      - 2. ſemiſexfido. ALCEA Linn. *Malua roſea* Rupp.
      - 3. nouemfido, foliis villoſis. ALTHAEA.
    - b. triphyllo, foliis
      - α. fere integris non villoſis. MALVA *vulg.*
      - β. multifidis non villoſis. *Alcea* Tournef. et Rupp. ſpec. prior.

CLASSIS II.

PLANTAS FLORE IRREGVLARI MONOPETALO SISTIT,

quae ſunt

I. Monantherae monoſtylae

I. ſpathis plurimis, filamento
α. ſimplici. AMOMVM.
β. quintuplici, vnico horum anthera ornato. CVRCVMA.

II. Calice
a. triphyllo, corolla ſexpartita. CANNA.
b. trifido, corolla quadrifida. COSTVS.

II. Diantherae monoſtylae, fructu delineato in

I. quatuor ouulis, flore
α. labiato, labio ſuperiore
1. integro, recto, anguſto, lineari MONARDA. Linn. *Origanum ſpurium* Riu.
2. emarginato, compreſſo concauo vel falcato. SALVIA, *Horminum*, *Sclarea*.
3. bifido. ROSMARINVS.
β. ad regularitatem accedente. LYCOPVS.

II. Ouario ſimplici, calice
1. monophyllo, quinquedentato. ECBOLIVM Riu. *Iuſticia* Linn.
2. diphyllo. LENTIBVLARIA; *Vtricularia*. Linn.
3. quadripartito. VERONICA, *Beccabunga* Riu. ſpec.
4. quinquepartito. GRATIOLA.
5. bilabiato. PINGVICVLA.

III. Tri-

III. Triantherae

a. monoſtylae, ſtigmate

α. ſimplici craſſiuſculo. VALERIANA. *Valerianella* ſpec.

β. triplici. GLADIOLVS.

b. triſtyla, ſtylis villoſis. CAMERARIA Dill. Rupp. *Montia* Linn.

IV. Tetrantherae monoſtylae, fructu delineato in

I. Quatuor ouulis, flore

A. diſtincte labiato, labio inferiore

I. integro

a. ſubrotundo, ſuperiore erecto, ſubrotundo emarginato. NEPETA.

b. ſerrato, ſuperiore ſemiquadrifido. OCIMVM.

II. bifido plerumque, ſuperiore trifido emarginato. SCVTELLARIA. *Caſſida.*

III. trifido, ſuperiore

1. nullo, calice ſemiquinquefido

α. campanulato

a. lacinia media labii inferioris concaua. TEVCRIVM.

b. flore ex qualibet ala foliorum vno vel altero. Planta odore allii praedita. SCORDIVM. ſpec. *Teucr.*

c. flore vno ex ſingulis alis foliorum, quae ſunt ſerpilli ſimilia. MARVM Cortuſi. ſpec. *Teucr.*

d. floribus in verticillis rarioribus. CHAMAEPITIS. ſpec. *Teucr.*

e. flori-

e. floribus in capitula congeſtis, ramos terminantibus. AIVGA Riu. *Polium Teucr.* ſpec.

β. tubulato, floribus ex foliorum alis. CHAMAEDRYS. *Teucr.* ſpec.

γ. inferne admodum gibbo. IVA. *Teucr.* ſp.

2. integro

α. anterius fornicato

1. inferiori incumbente, calice monophyllo tubulato pentangulari. PHLOMIS.

2. inferiori non incumbente

a. fauce maxima, inflata, dorſo parum compreſſa, calice

α. tubuloſo, inflexo, quinquedentato, aequali. DRACOCEPHALON.

β. bilabiato; CEDRONELLA Riu. *Moldauica* Tournef.

b. fauce non inflata, et minore, calice tubulato

1. in quinque ſetas deſinente. GALEOPSIS Riu.

2. angulato ſemiquinquefido. STACHYS.

β. toto concauo

a. gibbo, longo, villoſo, calice

1. monophyllo decemdentato. LEONORVS.

2. pentagono quinquedentato. CARDIACA.

b. ouato, calice infundibuliformi tereti. GALEOBDOLON Dill. *Lamium fl. lut.* Riu.

c. erecto

α. crenato, ſubrotundo, calice monophyllo, tubulato

1. pen-

1. pentagono BALLOTA Linn. *Marrubiastrum* Riu.
2. in setas quinque acutas desinente. TETRAHIT Dill. *Cannabis spur.* et *Ladanum* Riu.

β. non crenato, subrotundo, calice
1. tubulato, quinquedentato. BETONICA.
2. monophyllo, turbinato maximo. MOLVCCA Riu. *Moluccella* Linn.

d. nutante, inferiori serrato, vel barbato, calice bilabiato, filamentis bifurcis. BRVNELLA.

γ. plano, subrotundo, erecto, calice bilabiato, germine villoso. MELITTIS Linn. *Melissophyllum* Riu.

3. emarginato, vel semel leuiter inciso, cum inferiori
1. eiusdem fere magnitudinis, calice tubulato, striato, quinquedentato. SATVREIA.
2. non eiusdem magnitudinis, et quidem
a. fornicato, erecto, subrotundo breui, calice bilabiato. MELISSA. *Calamintha.* spec.
b. obtuso erecto
1. concauo, inuolucro multiseto. CLINOPODIVM.
2. plano
a. calice
1. non labiato
α. tubulato, oblongo semiquinquefido. SIDERITIS.
β. striato, acute quinquedentato. HYSSOPVS.
2. bilabiato
α. caulibus
1. erectis duris lignosis. THYMVS.
2. humilioribus. SERPILLVM.

β. dentibus calicis in setas longissimas et villosas desinentibus. MASTICHINA. Boerh. *Marum* Riu.

γ. lacinia media labii inferioris emarginata. ACINOS Riu.

b. inuolucro foliolis imbricatis composito; floribus prouenientibus

α. ex squamulis propriis. ORIGANVM.

β. e capitulo imbricato quadragono. *Maiorana.*

γ. e capitulo laxo. *Dictamnus* Rai.

4. semibifido

a. erecto acuto. MARRVBIVM.

b. fornicato. PSEVDODICTAMNVS Riu.

} calice monoph. infundibuliformi decemdentato, striato.

c. erecto obtuso, calice monophyllo, tubulato, striato, quinquedentato. GLECHOMA Linn. *Hedera terrestr.*

d. patente, maiore, calice obscure dentato, spica coma foliosa

1. ornata. STOECHAS.

2. destituta. LAVANDVLA.

B. obscurius labiato, limbo

1. quadripartito fere aequali, lacinia superiore latiori, verticillis

a. densis MENTHA. *Menthastrum.* spec.

b. denfioribus *Pulegium.* spec.

2. semiquinquefido patente, laciniis semiorbiculatis fere aequalibus; calice monophyllo angulato, quinquedentato, denticulo quinto truncato. VERBENA.

II. Oua-

II. Ouario ſimplici, flore
I. diſtincte labiato, labio inferiore
A. integro recto, ſuperiore integro longiore; calice monophyllo, ventricoſo, compreſſo, ſemiquadrifido. SQVAMARIA.
B. trifido, ſuperiore
1. emarginato
a. concauo
1. in directum protenſo, laciniis labii inferioris
α. emarginatis. EVPHRASIA.
β. integris. ODONTITES.
2. aperto, calice ſemi-vel quadrifido. OROBANCHE.
3. gibbo compreſſo, calice monophyllo, ſubrotundo
a. inflato, compreſſo, quadridentato. RHINANTHVS, Linn. *Criſta Galli.*
b. ventricoſo, quinquefido, crenato. PEDICVLARIS.
c. tubulato, ſemiquadrifido; labio inferiori petali, eminentiis duabus in medio notato. MELAMPYRVM.
b. reflexo minimo, calice duplici, communi imbricato, proprio bilabiato. GLOBVLARIA.
2. bifido, calice quinquepartito, tubo corollae clauſo, petalo calcari
1. deſtituto. ANTIRRHINVM.

2. donato.
   a. foliis lanceolato-linearibus, vel etiam obtusis. LINARIA.
   b. alternis ouatis, vel hastatis. *Elatine* spec. prior.
   c. alternis cordatis, quinquelobis. *Cymbalaria* spec. et pon. *Linariae.*
3. trifido, calice quinquedentato, breuissimo. VITEX.

C. tetralobo, maximo, latissimo, superiore nullo, calice bilabiato. ACANTHVS.

II. obscurius, vel non labiato, petalo
1. inferius globoso, limbo quinquepartito, laciniis duabus superioribus erectis, maioribus; infima reflexa, calice monoph. quinquefido. SCROPHVLARIA.
2. infundibuliformi tenui, limbo quadrifido, aliis quinquefido; stigmate deorsum vnci instar acuto, refracto, et styli apici velut oblique adnato. CAMARA, *Pseudo Viburnum* Riu.
3. tubulato campanulato, limbo
   a. quadrifido, lacinia superiori, patentiori, emarginata, infima maiori, ouario acuminato. DIGITALIS.
   b. quinquefido, laciniis
      α. quatuor fere aequalibus, infima duplo longiore, ouario hirsuto. SESAMVM.
      β. duabus superioribus reflexis, inferioribus patulis, calice cyathiformi. BIGNONIA, *Pseudo Gelseminum* Riu.

V. Pentantherae monostylae

I. Antheris distinctis, calice
   a. monophyllo 1. quin-

1. quinquedentato, cylindraceo, inferne ventricoſo. Petalo infundibuliformi, limbo ſemiquinquefido, laciniis obtuſis, vnica reliquis latiore. HYOSCYAMVS.
2. ſemiquinquefido, gibbo. Petalo infundibuliformi; Tubo breuiſſimo. Limbo ventricoſo, ore quinquefido. Antheris cordiformibus craſſiuſculis. ATROPA Linn. *Belladonna* Tournef.

b. quinquepartito

α. germini inſidente

1. erecto, paruo. Petalo tubuloſo, tubo oblongo, limbo quinquepartito, corollae
   a. lacinia ſuperiore quadrifida, reuoluta, infima profundius ſecta, floribus
      1. racemoſis LONICERA Linn. *Caprifolium* Tournef.
      2. geminis ex foliorum alis. *Chamaecerafus* Tournef. ſpec. Lonicer.
   b. laciniis fere aequaliter profunde ſectis, floribus
      1. racemoſis. *Periclymenum* Tournef. ſpec. Lonicer.
      2. geminis ex alis foliorum. *Xyloſteum* ſpec. Lonicer.
2. patente acuto. Petalo quaſi ſtellato quinquepartito, ſegmentis recuruis, acutis, tenuiſſimis, ante efflorescentiam in cornu in curuum coalitis. Floribus in ſpica vel capitulo. PHYTEVMA Linn. *Rapunculus* Tournef. Riu.

β. germini non insidente, laciniis duabus superioribus

a. maioribus, ima minima. Limbo petali quinquefido, obtuso; laciniis eius duabus superioribus longioribus, infima minore reflexa et acuta. Staminibus petala superantibus, et fructu in 4. ouulis notato. ECHIVM.

b. breuioribus. Petalo rotato, quinquepartito; laciniis subrotundis obtusis, infima paululum longiore. Staminibus inaequalibus, et villis coloratis inferne praeditis. Floribus in spica

1. densa, petiolo cuiusuis floris breui. VERBASCVM.

2. rara, petiolo cuiusuis floris longo *Blattaria* spec. prior.

II. Antheris in cylindrum coalitis, calice monophyllo quinquedentato minimo, denticulis duobus superioribus magnis, sursum spectantibus. Tubo petali cylindraceo, superne longitudinaliter diuiso. Limbo quinquepartito, laciniis lanceolatis, duabus superioribus minoribus, tribus inferioribus magis patentibus et maioribus. LOBELIA Linn. *Cardinalis* Riu.

VI. Hexantherae, calice

1. nullo. Antheris infra stigmata adnatis. Petalo basi ventricoso, subgloboso, sulcis sex notato. Tubo petali oblongo, hexagono. Limbo petali dilatato, hinc oblique resecto, inde in linguam longam integram extenso. ARISTOLOCHIA.

2. mono-

2. monophyllo bilabiato. Petalo ipſo labiato, labio inferiore integro, ſerrato, ſuperiore ſemiquadrifido. OCIMVM.
3. quinquepartito, germini inſidente, erecto, paruo. Petalo tubuloſo; Limbo quinquepartito, corollae laciniis fere aequaliter profunde ſectis, et floribus geminis ex alis foliorum. *Xyloſteum* ſpec. LONICERAE Linn.

VII. Polyantherae, calice nullo, petalo

1. aurito, maximo, oblongo, erecto, baſi conuoluto, interne colorato, deciduo; ex cuius medio ſurgit cylindrus clauatus, coloratus, qui inferius ad baſin germina plurima ouata circumpoſita habet. ARVM.
2. ouato-cordato, acuminato, plano, maximo, expanſo, non conuoluto, perſiſtente; ex cuius medio ſurgit receptaculum digitiforme, erectum, ſimpliciſſimum, fructificationibus tectum. CALLA Linn. *Ariſarum* Riu.

CLAS-

CLASSIS III.

PLANTAS FLORE COMPOSITO TVBVLOSO SISTIT,

quae ſunt

I. Antheris diſtinctis, foliolis calicinis
1. Floſculos non ſuperantibus. SCABIOSA. *Succiſa.*
2. Floſculos multum ſuperantibus. DIPSACVS.

II. Antheris in cylindrum coalitis, calice
A. ſquamoſo, thalamo
I. nudo, ſeminibus
α. nudis
1. oblongis. Calice hemiſphaerico, ſquamis acutis compactis. TANACETVM.
2. tetragonis. Calice
α. hemiſphaerico; ſquamis acutis, conniuentibus. SANTOLINA.
β. ouato; ſquamis apice appendiculo folioſo praeditis. CARTHAMVS.
β. pappo coronatis. Calice vniuerſali
a. oblongo
1. baſi anguſtiore, et filamentis corolla longioribus; floribus vmbellatim diſpoſitis. SENECIO
2. baſi ampliore; floribus in ſpica. PETASITES.
b. cylindraceo ventricoſo, ſquamis lanceolatis, acuminatis, inermibus. SERRATVLA.

c. rotun-

c. rotundato, ſquamis ouatis, ſuperne laxioribus. GNAPHALIVM. *Elichryſum. Filago.*

II. paleis, vel villis tecto; calice

a. ventricoſo, ſquamis

1. acute ſpinoſis. CARDVVS.
2. molliter ſpinoſis. CIRSIVM.
3. baſi carnoſis, ſuperne membranaceis, acuminatis. CYNARA.
4. interioribus membranaceis coloratis. CARLINA. *Heracantha.*

b. cylindraceo

α. ventricoſo; ſquamis lanceolatis, acuminatis, inermibus. SERRATVLA.

β. non ventricoſo; ſquamis oblongis, vna ſerie poſitis. BIDENS. *Verbeſina* Rupp.

c. ouato; ſquamis verſus apicem ſpinoſis, ramoſis. CNICVS.

d. globoſo; ſquamis apice inflexo-hamatis. ARCTIVM Linn. *Lappa* Rupp.

e. oblongo angulato; ſquamis ſubulatis, ſuperne laxis. ECHINOPVS.

B. non ſquamoſo, cylindraceo, quinquedentato, ad baſin carnoſo, et quaſi cordato, per maturitatem in quinque ſegmenta parallela diviſo. KLEINIA Linn.

* * * * * *
* * *

CLASSIS IV.

PLANTAS FLORE COMPOSITO LINGVLATO SISTIT,

quae sunt calice

I. Simplici octophyllo. TRAGOPOGON.

II. Duplicato, altero flosculos, altero basin prioris cingente, thalamo

A. nudo; seminibus

a. nudis LAMPSANA.

b. singulis singula calicis squama inuolutis. *Rhagadiolus.* spec. praeced.

c. marginalibus singula calicis squama inuolutis, centralibus coronatis

1. pappo breui simplici. *Zazintha.* spec. Lampf.

2. caliculo quinquedentato. *Hedypnois.* spec. Lampf.

d. papposis, calice exteriori

α. breuissimo; interiori

1. cylindraceo, squamis

a. plurimis parallelis. CHONDRILLA.

b. quinque aequalibus. PRENANTHES. cuius spec. f. *Chondrilla* 2. et 3. p. 306. Rupp.

2. ouato, sulcato. CREPIS, spec. sunt *Hierac.* 5. 6. 7. pag. Rup. 198.

β. maximo pentaphyllo, interiori ouato, imbricato. PICRIS. spec. est. *Hierac.* 6. p. 201. Rup.

e. cali-

e. caliculo proprio et pappis coronato. HYOSERIS.

B. paleaceo, squamis calicis internis octo, anguſtolanceolatis, aequalibus. CICHORIVM.

III. Squamoſo imbricato, thalamo

I. paleaceo; ſeminibus

a. pappoſis, calice baſi ventricoſo. HYPOCHOERIS, ſpec. ſunt *Hierac.* 3. 4. 7. pag. 200. Rup.

b. oblongiusculis, triangularibus, baſi acuminatis, calice ouato. SCOLYMVS.

II. nudo, ſeminibus

1. ouatis, compreſſis, acuminatis, pappoſis, calice ouato-oblongo. LACTVCA.

2. cylindraceis longioribus, pappo coronatis, calice longo, fere cylindraceo. SCORZONERA.

3. oblongis breuioribus, pappo coronatis; calice

a. baſi ventricoſo, ſuperne anguſto. SONCHVS.

b. erecto cylindraceo, ſquamis

α. valde inaequalibus, planta flagella de ſe

1. non emittente. HIERACIVM.

2. emittente. PILOSELLA.

β. aequalibus, exterioribus reflexis. LEONTODON.

CLASSIS V.

PLANTAS FLORE COMPOSITO MIXTO SISTIT,

Sunt vero

I. Ex tubulosis et lingulatis

A. calice simplici non squamoso, monophyllo, pentagono, erecto, quinquedentato. Feminis longitudine et latitudine inter se fere aequalibus, obtusissimis. TAGETES.

B. calice squamoso

I. ex vna serie squamarum vel laciniarum constante, thalamo

a. nudo, seminibus coronatis pappo piloso. TVSSILAGO.

b. paleis instructo, seminibus angulosis BIDENS. *Verbesina* Rup.

II. ex duplici serie squamarum constante, thalamo nudo; seminibus

α. nudis, calicis squamis

1. longis et angustis, feminis tridentatis. CALENDVLA.

2. ouatis, erectis, feminis vix dentatis. BELLIS.

β. pappo coronatis, calice

a. longitudine fere radii. DORONICVM.

b. radio breuiore. ARNICA.

γ. caliculo proprio notatis. RVDBECKIA Linn. *Sol fol. Hydroph.* Rupp.

III. ex

III. ex triplici vel multiplici ſerie ſquamarum conſtante, thalamo

A. nudo, ſeminibus

α. nudis

1. oblongis, calice hemiſphaerico, ſquamis eiusdem denſe congeſtis, intimis

a. terminatis in membranas pellucidas

1. laxas; feminis ouato-truncatis. CHRYSANTHEMVM.

2. anguſtas; feminis lanceolatis. LEVCANTHEMVM.

b. non terminatis in membranos pellucidas. MATRICARIA. *Chamaemelum vulgare* ſpec.

β. pappo coronatis, calice

1. hemiſphaerico, ſquamis anterioribus prominulis ASTER. *Helenium*, foliis maximis tomentoſis, *Oculus* calice fere ſetaceo diſtinguitur.

2. oblongo cylindraceo, ſquamis

α. ſubulatis, floſculis pappo, qui mox adeſt, inuolutis, hermaphroditis diuiſis

1. in 4. lacinias ERIGERON. Linn. *Aſter aruenſ. caerul. acr.* Rup.

2. in 5. lacinias. *Virga aurea.* Zanon. ſpec. pr.

β. oblongis, anguſtis, acuminatis. SOLIDAGO.

γ. ad baſin calicis breuioribus. IACOBAEA.

β. paleis distincto, seminibus
a. nudis
1. distincte marginatis, squamis foliosis calicis petala superantibus. ASTERISCVS Tourn.
2. minus euidenter marginatis. BVPHTHALMVM.
3. oblongis. CHAMAEMELVM, *Anthemis* Linn.
b. caliculo proprio obductis. HELIANTHVS.
c. corona denticulata instructis. PYRETHRVM.
d. ouatis, flocco notatis, foliis
α. multifidis. ACHILLAEA, *Millefolium.*
β. integris serratis. *Ptarmica* spec. prior.

II. Ex tubulosis et nudis, thalamo
I. nudo, seminibus
α. nudis, foliis
1. pinnatifidis, pinnis laciniatis. ARTEMISIA.
2. multifidis linearibus. *Abrotanum* spec. pr.
β. papposis, floribus
1. in spica. PETASITES.
2. laxe vmbellatis. CONYZA.
II. villoso. *Absinthium* spec. Artemisiae.

III. Ex tubulosis et neutris, calicis squamis
1. integris subrotundis. RHAPONTICVM
2. ciliatis, in valentem aculeum
a. terminatis. CALCITRAPA.
b. non terminatis. CYANVS.
3. spinosis. IACEA.

IV. Ex tubulosis Hermaphroditis in centro, et feminis tubulosis in ambitu.
XERANTHEMVM.

V. Ex

V. Ex Hermaphroditis tubulosis, et femina inter Hermaphroditos
PARIETARIA.

CLASSIS VI.

PLANTAS FLORE DIPETALO SISTIT,

quae sunt

I. Monanthera. STELLARIA.

II. Diantherae

A. monostylae, calice

a. diphyllo, petalis cordatis. CIRCAEA.

b. quadriphyllo, petalo superiore bifido, inferiore calceiformi, inflato, cauo. CYPRIPEDIVM Linn. *Calceolus* Riu.

B. distyla, calice

biualui, folio interiore maiore; petalo vtroque aristam paruam e dorso emittente. ANTHOXANTHVM. pag. Rup. 307.

III. Triantherae

Distylae, petalis valuosis, calice

I. nullo; petalo vtroque aristato, altero aristа longiore, altero aristа breuiore donato. NARDVS Linn. huius spec. est *Gramen 4.* pag. 306. Rupp.

II. simplici

a. vnifloro

A. biual-

A. biualui, valuulis aequalibus

α. aristatis, petalo altero maiore, altero minore. PHLEVM Linn. huius species sunt *Gramen 1, 2, 3*, pag. Rupp. 308.

β. muticis

1. quatis

a. acuminatis, petalo altero minore. MILIVM, et *Miliacea*; quorum species *Gramen 6*, et 7, pag. Rupp. 306.

b. concauis, petalis quatis, altero concauo, altero plano. MELICA Linn. cuius species sunt *Gramen 6.* pag. 316. et *Gramen 3.* pag. 317. Rupp.

2. acuminatis, petalis acuminatis, vix longitudine calicis; altero maiore et aristato. AGROSTIS Linn. cuius species sunt: *Gramen 3.* pag. 313. et *Gram. 3.* pag. 315. Rupp.

B. villoso. SACCHARVM.

b. bifloro

α. biualui, petalis calici simillimis, altero aristam, flore vix duplo longiorem, exserente. AIRA Linn. cuius species sunt: *Gramen 8.* pag. 311. *Gram. 1.* pag. 312. *Gram. 5.* pag. 315. *Gram. 7.* pag. 316. *Gram. 4.* pag. 317. Rupp.

β. diphyllo, foliolis oppositis, erectis, tenuissimis, acuminatis, petalis minoribus. Petalo exteriore rigidiore, ventricoso, acuminato, compresso, arista longa instructo; interiore plano lanceolato. SECALE.

c. tri-

c. trifloro

a. biualui, valuulis ouatis, obtusis; petalo exteriore ventricoso cum acumine, interiore plano. TRITICVM et *Triticea*, quorum species sunt *Gramen* 7. pag. 304. *Gram.* 2. pag. 306. Rupp.

b. Hexaphyllo; petalo altero ventricoso, angulato, ouato-acuminato, in aristam longissimam desinente; altero lanceolato, plano, minore. HORDEVM & *Hordeacea*, quorum species sunt, v. g. *Gramen* 6. et 7. pag. 306. Rupp.

d. multifloro

α. vniualui; petalo inferiore acuminato, longitudine calicis; superiore breuiore, obtusiore. LOLIVM et *Loliacea*, quorum species sunt, v. g. *Gramen* 2. et 3. pag. 305. Rupp.

β. biualvi; valuulis

a. aequalibus

1. cordatis, concauis, petalo inferiore magnitudine et figura calicis; superiore minimo, plano, subrotundo. BRIZA Linn. huius species sunt, v. g. *Gramen* 5. pag. 312. *Gram.* 6. pag. 314. *Gram.* 1. et 2. pag. 315. Rupp.

2. ouato-acuminatis, petalis calice paulo longioribus. POA Linn. cuius species, v. g. sunt *Gramen* 4. et 5. pag. 309. *Gramen* 2. pag. 310. *Gram.* 1. et 2. pag. 311. *Gram.* 6. pag. 313. Rupp.

3. acutis, ventricosis, laxis, magnis; petalo inferiore e dorso aristam spiraliter in tor-

tam, geniculo veluti reflexam emittente. AVENA, et *Auenacea*, quorum ſpecies, v. g. *Gramen 7. 8. 9.* pag. 317. et *Gram. 2.* et *3.* pag. 318. Rupp.

b. inaequalibus, (altera nempe minore) oblongis, acuminatis, petalo

1. vtroque oblongo, acuminato, longitudine calicis, e baſi lanuginem longitudine fere floris emittente. ARVNDO, cuius ſpecies ſunt, v. g. *Gramen 1. 2. 4. 5.* pag. 314.

2. inferiore

α. figura et magnitudine calicis, ariſtato, et ſupra ariſtam bifido. BROMVS Linn. huius ſpecies, v. g. ſ. *Gram. 3.* pag. 309. *Gram. 6.* pag. 315. *Gram. 2.* pag. 316. Rupp.

β. figura calicis, ſed calice maiore, acuminato, ariſtato. FESTVCA Linn. huius ſpecies, v. g. ſunt *Gram. 6.* pag. 305. *Gramen 1.* pag. 313. *Gram. 4.* pag. 316. Rupp.

III. duplici, exteriori

α. triphyllo, interiori biualui, multifloro; valvulis aequalibus; petalo exteriore concavo, longiore, ariſtato, interiore plano, mutico. CYNOSVRVS Linn. huius ſpecies v. g. ſunt *Gramen 4.* et 7. pag. 307. Rupp.

β. polyphyllo, foliolis capillaribus; interiori triualui vnifloro, valuulis inaequalibus; petalis ouato-acuminatis, altero minore et planiore, quod in quibusdam ſpeciebus ariſtis terminatur PANICVM et *Panicea*, quorum ſpecies v. g. ſunt *Gramen 1. 2. 3. 4.* pag. 304. Rupp.

CLAS.

CLASSIS VII.

PLANTAS FLORE TRIPETALO SISTIT,

quae ſunt

I. Monanthera, diſtyla. MOROCARPOS Rupp. *Blitum* Linn.

II. Triantherae, ſtigmate

1. triplici patente. CNEORVM Linn. *Chamelaea* Rupp.
2. noncuplo. EMPETRVM.

III. Hexantherae

A. monoſtylae, inuolucro ſpathaceo

a. inordinato; calice proprio triphyllo, a petalis diuerſo, iisdemque longe minore. TRADESCANTIA Rupp. Linn. EPHEMERVM Tournef.

β. ſubrotundo; calice triphyllo, foliolis eiusdem petalis ſimillimis, filamentis Staminum

1. latis. PORRVM.
2. anguſtis.
   a. corollae longitudine. ALLIVM. *Moly.*
   b. corolla breuioribus. CEPA.

γ. oblongo, obtuſo, compreſſo; calice proprio triphyllo, petalis

1. calici ſimillimis, tantillum vero breuioribus et anguſtioribus. LEVCOIVM.
2. cordatis, dimidio fere breuioribus calice. *Galanthus* Linn. *Leucoi.* 2. Rupp. pag. 151. ſpec. prior.

δ. cordato compresso, magis tamen foliaceo; corpusculis tribus cruciformibus, iisdemque staminibus cum antheris simillimis atque superioribus, sed puluerem spermaticum non fundentibus praedita; calice proprio triphyllo, a petalis diuerso et illis minore: petalis ipsis duobus superioribus subrotundis, tertio et infimo concauo, cordato. COMMELINA.

ε. nullo; calice triphyllo; foliolis calicinis petalis simillimis, iisdemque vel latioribus, vel anguſtioribus; vel longioribus, vel breuioribus; stigmate

a. triangulari; nectario ad basin petali

1. linea longitudinali; corolla

α. erecta. LILIVM.

β. nutante.

a. in totum reflexa. *Martagon.* spec. prior.

b. non reflexa. FRITILLARIA.

2. fouea excauata. PETILIVM Linn. *Corona Imperialis* Rupp.

3. tuberculis duobus in singulo petalo notato. ERYTHRONIVM Linn. Dens Canis Rupp.

4. nullo; ouario

α. oblongo, magno trigono. TVLIPA.

β. subrotundo, paruo, obtuse trigono; filamentis staminum conicis, in aliis hirsutissimis, in aliis glabris. ANTHERICVM Linn. *Phalangium* Rupp. *Narthecium* Moehring. quod Phalangium 4. Rupp. pag. 151.

b. sim-

b. ſimplici; ouario
1. ſubrotundo. SCILLA.
2. angulato. ORNITHOGALVM.
3. triquetro, acuminato. IVNCVS.

c. punctato; floribus
α. pendulis. ASPARAGVS.
β. in receptaculo communi digitiformi poſitis. ACORVS.

B. Triſtylae; ſtigmatibus
a. magnis, laciniatis, petalis calice maioribus, eique ſimilibus. RVMEX Linn. } *Lapathum*, foliis ouato lanceolatis. } *Acetoſa* foliis baſi haſtatis differt.
b. reflexis plumoſis; petalis concauis, calici ſimillimis. TRIGLOCHIN Rupp. Linn.
c. ſimplicibus patulis; petalis oblongis, lanceolatis, calici ſimillimis; foliis neruoſis, ouatis; floribus in ſpica denſa, longa, erecta. VERATRVM.

C. Hexa et Polyſtyla, calice triphyllo, a petalis diuerſo. ALISMA.

IV. Octanthera, antheris coalitis, papilionaceum florem mentiens. POLYGALA.

V. Enneantherae
1. monoſtylae, corpuſculis duobus globoſis petiolo breuiſſimo ſingulo filamento intimi ordinis prope baſin affixis; calice triphyllo, petalis ſimili; foliis
a. lanceolatis, venoſis, rigidis. LAVRVS.

b. ouatis, vtrinque acuminatis, trineruiis, petiolis laxis. *Camphora* ſpec. prior.

c. oblongo-ouatis, trineruiis, nitidis, planis. *Cinamomum.* Lauri ſpec.

d. eneruibus, obuerſe ouatis, vtrinque acutis, integris. *Benzoin* Lauri ſpec.

2. **hexaſtyla**, calicis foliolis petalis ſimilibus, ſed minoribus et acutioribus. BVTOMVS.

VI. Polyantherae

1. **monoſtyla**, calice duplici; exteriore ſexpartito, minimo, plano; interiore triphyllo, petalis ſimili. THEA.

2. **triſtyla**, calice quadripartito, petalo ſupremo ſemiſexfido, ad baſin glandula inſtructo; floribus in ſpica denſa, et capſula in incremento conſtituta aperta. LVTEOLA.

3. **polyſtylae** inuolucro

α. vnifloro, remoto, multipartito; calice triphyllo colorato, petalis ſimili. PVLSATILLA.

β. nullo; calice triphyllo, petalis ſimili; foliis ad caulem ternis, rariſſime quaternis. ANEMONE Linn. *Anemonoides* Dill. *Nemoroſa* 1. et 2. Rupp. pag. 160.

CLAS-

CLASSIS VIII.

PLANTAS FLORE REGVLARI TETRAPETALO SISTIT,

quae sunt

I. Dianthera IBERIS Rupp.

II. Tetrantherae

A. monostylae, calice

a. nullo, inuolucro communi

1. nullo, floribus in

α. racemis. RIVINA Plum.

β. vmbella. OSSEA Riu.

2. praedito, floribus in fasciculi formam collectis. CORNVS.

b. monophyllo quadripartito, stigmate

1. recuruo & virente. TRAPA Linn. *Tribuloides* Rupp.

2. obtuso, non recuruo. EVONYMVS.

B. Tetrastylae, calice

α. nullo. POTAMOGETON.

β. tetraphyllo, segmento quolibet calicis

1. integro. SAGINA Linn. *Spergula* Rupp.

2. tridentato. LINOIDES Rupp. *Linocarpos* Michel.

III. Hexantherae staminibus quatuor longioribus, duobus breuioribus; Ouario

1. compresso

a. oblongo, longitudine breuiorum staminum; stylo

ſtylo nullo, calice patentiuſculo, ſilicula elliptica compreſſa vniloculari. ISATIS.

b. ſubrotundo

α. emarginato, ſtylo longitudine ſtaminum, ſilicula biloculari, verticaliter cordata, margine

1. acuto cincta. THLASPI
2. deſtituta. *Burſa* paſtoris ſpec. praeced.

β. non emarginato; ſilicula orbiculata plano-compreſſa, apice emarginata, fiſſura longitudine ſtyli, biualui. CLYPEOLA Linn. huius ſpecies ſunt *Alyſſum* 1. et 2. pag. Rupp. 84.

2. oblongo

a. ventricoſo, attenuato; ſtylo vix vllo, calice erecto, glandulis nectariferis 4, vnica vtrinque inter ſtamen breue et piſtillum, quae maior; vnica vero vtrinque inter ſtamina longiora et calicem, quae minor; ſiliqua biloculari

1. ſpongioſa. RAPHANVS.
2. articulari. *Raphaniſtrum* ſpec. prior.

b. non ventricoſo

α. filiformi; Stylo vix vllo, calice

a. erecto, petalis minore, ſiliqua biloculari

1. longa, incurua, tereti. SISYMBRIVM.
2. gibba breuiſſima. *Radicula* Dill. cuius ſpec. ſunt Siſymbr. 4. et 5. pag. Rupp. 81.

b. patente, petalis longiore, ſiliqua bilocul. tenuiſſima, longiſſima. *Accipitrina* Rupp.

β. pedicello inſidente; ſtylo breui, calicis foliolis binis longioribus, deorſum gibbis; ſilicula

cula ouata, maxima, planiſſima, biloculari. LVNARIA Linn. *Bulbonac.* Rupp.

γ. pedicello non inſidente, ſtylo

1. vix vllo, calice tetraphyllo, foliolis ouatis, concauis, erecto-patulis; ſilicula ouali oblonga compreſſa, ſtylo fere deſtituta. DRABA Dill. cuius ſpecies eſt *Alyſſum* 4. pag. Rupp. 84.

2. breuiſſimo, craſſo; calice erecto, purpureo, ſiliqua longa, tereti, biloculari. DENTARIA.

3. longitudine ſtaminum, filamentis breuioribus introrſum denticulo notatis; calice tetraphyllo, foliolis ouato-oblongis, obtuſis, conniuentibus. Silicula ſubgloboſa, ſtylo longitudine ſiliculae inſtructa. ALYSSVM.

3. cordato; ſtylo ſimplici

α. breuiſſimo, calice tetraphyllo, foliolis ouatis, concauis; ſilicula

1. ſubcordata, leuiſſime compreſſa, ſtylo inſtructa, foliis

a. cordato-obtuſis. COCHLEARIA.

b. lanceolatis maximis *Armoracia* ſpec. prior.

2. verrucoſa, foliis multifidis *Coronopus* ſpec. Cochlear.

β. longitudine ſtaminum, ſilicula biloculari, margine eminenti.

1. deſtituta. LEPIDIVM.

2. cincta. *Naſturtium* ſpec prior.

4. tetragono
   a. lineari, longitudine ſtaminum; ſtylo breuiſſimo, calice patente minimo; ſiliqua tereti, tetragona longa, foliis
      1. multifidis. ERYSIMVM.
      2. cordatis, dentatis. *Alliaria* ſpec. prior.
   b. prismatico, in quibusdam ſuperius alato, et ſtylo inſtructo; glandulis duabus ad baſin ſtaminum minorum. Petalis absque vnguibus vt plurimum calice longioribus. Siliqua biloculari, longa, compreſſa, ſtylo et ſtigmate bifido gaudente. CHEIRANTHVS Linn. *Keiri* Rupp.
   c. ſuperius non alato, et ſtylo carente. Glandulis vt in Cheirantho; petalis absque vnguibus vt plurimum calicis longitudine, ſiliqua biloculari, ſtylo et ſtigmate deſtituta. HESPERIS.
5. cylindraceo tenui; ſtylo nullo, calice erecto, ſiliqua longa, cylindraceo compreſſa biloculari. CARDAMINE.
6. tereti, longitudine
   α. ſtaminum, ſtylo
      a. longitudine ouarii, calice patente, ſiliqua oblonga ſcabra. SINAPI. *Eruca.*
      b. craſſitie ouarii, breui; calice erecto
         1. vireſcente. BRASSICA.
         2. corollae concolori. RAPA. *Napus.*
   β. floris, parum compreſſo; ſtylo nullo, calice erecto, petalis ouato-oblongis, ſiliqua omnium longiſſima. TVRRITIS.

IV. Octan-

IV. Octantherae

A. monoſtylae, calice

a. ſupra ouarium, et quidem

α. monophyllo, tubuloſo, cylindraceo, longo; in lacinias 4. oblongas, acutas, reflexas ſuperne diuiſo. OENOTHERA Linn. *Onagra* Rupp.

β. tetraphyllo; foliolis oblongis, coloratis, acuminatis. EPILOBIVM Dill. *Chamaenerion* Tourn. et Rupp.

b. infra ouarium. RVTA.

B. Tetraſtylae, calice tetraphyllo, foliolis

a. ſubrotundis, planis. ELATINE. Linn. *Ericoides* Rupp. *Alſinaſtrum* Vaill.

b. lanceolatis, acutis, patentibus. PARIS.

V. Polyantherae

I. monoſtylae, calice poſito

a. ſupra ouarium tetraphyllo. CARYOPHYLLVS.

b. infra ouarium.

1. tetraphyllo, foliolis ouatis, concauis, gibbis. CAPPARIS.

2. ſpathaceo

α. diphyllo, hirſuto, ſtigmate

a. peltato, magno, plano, radiato. PAPAVER.

b. capitato, bifido. CHELIDONIVM. *Glaucium.* ſpec. prior.

β. tetraphyllo; ſtigmate craſſiuſculo, oblique depreſſo. ACTAEA Linn. *Chriſtophoriana* Rupp.

II. Tetraſtyla. PHILADELPHVS.

III. Octoſtyla, calice nullo. *Flammula*, Clematid. ſpec.

IV. Polyſtylae, calice

α. nullo, antheris

1. lateri filamentorum adnatis. CLEMATIS.

2. filamentis inſidentibus. THALICTRVM.

β. monophyllo ſemioctofido. TORMENTILLA.

CLASSIS IX.

PLANTAS FLORE TETRAPETALO IRREGVLARI SISTIT,

quae ſunt

I. Diantherae, petalo inferiore

a. integro, calice nullo. EPIPACTIS Haller. *Orchioides* Trew. *Helleborine* 4. et 5. pag. 294. Rupp.

b. trifido, calice in quibusdam nullo, in quibusdam diphyllo. ORCHIS.

II. Hexantherae flore

1. labiato, filamentis duobus, in ſingulo antherae tres, calice

α. diphyllo

1. ſilicula

a. ſubrotunda. FVMARIA.

b. longiſſima fere cylindracea *Capnoides* Tournef. ſpec. prior.

2. peri-

2. pericarpio triualui, abſcondito intra calicem inflatum maximum *Cyſticapnos* Boerhau. Fumar. ſpec.

β. nullo, filicula longiſſima, fere cylindracea *Split* Rupp. *Pſeudo-Fumaria* Riu. ſpec. Fumariae.

2. non labiato, petalis

a. duobus ſurſum inclinatis, duobus lateralibus itidem ſurſum tendentibus; calice tetraphyllo, foliolo eius inferiori magis dehiscente. CLEOME Linn. *Sinapiſtrum* Riu.

b. ouatis, obtuſis, duobus ſuperioribus minoribus, inter ſe aequalibus, inferioribus duobus maioribus inter ſe quoque aequalibus. THLASPIDIVM Riu. *Iberis* Dill.

III. Decantherae,

I. monoſtylae corollae

A. Vexillo longiore, alas et carinam ſuperante,

α. alis et carina aequalibus, calice

1. tripartito magno, laciniis duabus ſuperioribus lanceolatis, tertia lanceolata concaua trifida, legumine vniloculari. CROTALARIA.

2. monophyllo

a. quadridentato, paruo, denticulis tribus inferioribus tenuioribus, ſupremo quarto duplo latiori; carina fere ſemiorbiculata compreſſa, legumine vniloculari. ROBINIA Linn. *Pſeudo-Acacia* Riu.

b. quinquedentato

α. tubuloſo, denticulis

1. duobus ſuperioribus breuioribus, tri-

bus vero inferioribus longioribus et acutioribus, carina fundo ventricoso, legumine vniloculari. OROBVS.

2. inferioribus gradatim minoribus, carina leuiter emarginata, siliqua biloculari

a. oblonga polysperma ASTRAGALVS Riu.

b. cordata. *Glaux* Riu. spec. prior.

β. parum inflato, villoso; floribus in vmbella densa, foliis digitatis vmbellam proxime cingentibus, legumine vniloculari. ANTHYLLIS Riu. Linn.

c. semiquinquefido

1. cylindraceo campanulato, acuminato, carina oblonga, obtusa, bifida; legumine vniloculari

α. spiraliter cochleato. MEDICA.

β. arcuato, falcato. Falcata spec. prior.

2. campanulato

a. laciniis duabus superioribus breuioribus, infima longiore, carina semiorbiculata, stylo sursum erecto, plano, apice acuto, legumine vniloculari; foliis

1. coniugatis cirrhiferis. LATHYRVS.

2. pinnatis cirrhosis. *Clymenum* spec. prior.

3. simplicibus cirrhis carentibus. *Nissolia* Lathyr. spec.

4. cordatis, basi hastatis, cirrhis aphyllis. *Aphaca* spec. Lathyr.

b. bilabiato, integro, recto, carina recta, legu-

legumine longiſſimo, vniloculari, acumine terminato. ERYTHRINA Linn. *Corallodendron* Tour. Rupp.

3. tubulato, erecto, dentibus ſubulatis, duobus ſuperioribus remotioribus; carina obtuſa, adſcendente, legumine biloculari magno, lineari, plano. BISERRVLA Linn. *Vtrinque ſerrata* Riu.

β. carina alis breuiore, calice monophyllo

1. quinquedentato, denticulis

α. peranguſtis, imis longioribus, floribus in capitulum congeſtis, legumine vniualui breui

a. in calice recondito. TRIFOLIVM cuius ſpecies ſunt

Triphylloides Pont. ſ. *Trifolium montan. purpur.* Rupp., quod flore longiſſimo, vexillo alis et carina in vnum petalum quaſi coalitis differt.

Lupulinum Riu. quod corolla perſiſtente et vexillo inflexo plano diſtinguitur.

Lagopus, qui calice longitudine corollae et villoſo differentiam facit

b. calice longiore, floribus racemoſis. *Melilotus* ſpec. Trifol.

β. duobus ſuperioribus coniunctis, minusque diuiſis, carina lunulata compreſſa, legumine ſoleae equinae forma. HIPPOCREPIS Linn. *Ferrum equinum* Rupp. Riu.

2. ſemi-

2. ſemiquinquefido, denticulis
   a. ſubulatis, longis, fere aequalibus, carina
      1. breuiſſima, obtuſa, vmbilicum floris occupante; legumine oblongo, compreſſo, cornuto. TRIGONELLA Linn. *Foenum graecum* Riu.
      2. recta, compreſſa, baſi ad gibbum vsque bifida, legumine conſtante
         α. articulis plurimis, catenulatim affixis. HEDYSARVM.
         β. articulo vnico. *Onobrychis* ſpec. praeced.
   b. erectis aequalibus, carina inferne gibba, ſuperne clauſa, acuminata, aſcendente, legumine cylindraceo
      1. nudo LOTVS.
      2. quatuor membranis longitudinalibus notato. *Tetragonolobus* ſpec. prior.
   c. ſuperioribus breuioribus, conniuentibus, omnibus aequalis latitudinis; ſcapo
      α. breui paucifloro, ſiliquis erectis
         1. mediocribus VICIA.
         2. ſpecioſis *Faba* ſpec. prior.
      β. longo multifloro, floribus et ſiliquis pendulis CRACCA Riu. ſpec. *Viciae*
   d. ſuperioribus
      1. diuiſis, fere aequalibus; carina compreſſa minima, floribus vno pluribus in receptaculo communi; legumine tereti, incuruo, articulato. ORNITHOPODIVM Linn. *Scorpioides* Riu.

2. minus

2. minus diuiſis, calice ipſo inflato, et leuiſſime compreſſo, carina ſemilunulata, in ferne bipartita, ventre gibba, acuminata; legumine articulato, ſtriato, glabro, reuoluto. SCORPIVRVS Linn. *Campoides* Riu.

3. quinquepartito, laciniis

a. linearibus, longitudine fere corollae, carina acuminata, foliis pinnatis, ouatis

1. ſerratis, apice integro; legumine rhomboidali, turgido, ſemine

α. turbinato. CICER

β. vtrinque conuexo. *Lens* ſpec. prior.

2. non ſerratis, apice reſectis, legumine oblongo, nodoſo. ERVVM.

b. dubus ſuperioribus latioribus, ſtylo aſcendente triangulo, membranaceo. PISVM.

γ. Carina alis longiore calice

a. ſemiquinquefido tubulato breui, laciniis ſubulatis aequalibus; carina ipſa oblonga compreſſa, deorſum gibba, ſurſum acuta. GALEGA.

b. quinquepartito, longitudine fere corollae, laciniis ſurſum arcuatis, infima ſub carina. Ouario oblongo villoſo, et legumine turgido villoſo, foliis

1. diſtincte ſerratis. ANONIS.

2. minus diſtincte, vel plane non ſerratis. *Natrix* Riu. ſpec. prior.

B. Vexillo breuiore, carina longiore, alis breuioribus;

bus; calice paruo tubulato fere bilabiato. GENISTA Linn. *Spartium* Tournef.

C. Vexillo et alis longitudine aequalibus carina

α. ſpirali. PHASEOLVS.

β. ventriculoſa acuminata; calice campanulato breui, in baſi obtuſo, bilabiato; racemis ſimplicibus.

1. erectis, carina alis longiore. CYTISVS Riu.
2. pendulis, carina alis breuiore. *Laburnum* Riu. ſpec. prior.

D. Vexillo, carina, et alis longitudine fere aequalibus, floribus

1. in ſpica
   a. verticillata. LVPINVS.
   b. hemiuerticillata, carina ad angulam rectum ſubito flexa. LABLAB Alpin.
2. in capitulo; foliis pinnatis, legumine
   a. tereti, quaſi articulato. CORONILLA.
   b. compreſſo, ſutura altera plana, altera anguſta. *Securidaca* Riu. ſpec. prior.
   c. tenui ſubulato, vnguibus corollae calice longioribus. *Emerus* Caeſalp. et Tournef. ſpec. Coronillae.

II. Triſtyla, calice duplici; exteriore tetraphyllo, foliolis eiusdem obtuſis duobus maioribus, et duobus, modo dictis ad dimidium minoribus: interiore tetraphyllo colorato, foliolis petala ſuperantibus. Petalis ipſis duobus apice obtuſo luteo praeditis, duobus vero illo carentibus. CARDIOSPERMVM Linn. *Veſicaria* Riu.

CLAS-

CLASSIS X.

PLANTAS FLORE REGVLARI PENTAPETALO SISTIT,

quae sunt

I. Trianthera, calice triphyllo; petalis calyci simillimis, sed breuioribus. POLYCNEMVM Linn. *Camphorata* Tournef.

II. Pentantherae

A. monostylae, inuolucro

a. nullo, calice

1. nullo. CERATONIA.

2. triphyllo, foliolis aridis, corollae simillimis. CELOSIA Linn. *Amaranthi* spec.

3. pentaphyllo quinquangulari, foliolis in setam desinentibus; petalis minimis, floribus a 7. ad 10. verticillatim ad foliorum alas positis. ILLECEBRVM Rupp. Linn. *Corrigiola* Dill.

4. quinquedentato; petalis

α. patentibus. HEDERA.

β. in summitate coalitis. VITIS.

b. duplici; vniuersali octophyllo, partiali tetraphyllo, vtroque ex foliolis capillaceo-pennatis constante; calice proprio pentaphyllo capillaceo germini insidente. LAGOECIA Linn. *Cuminoides* Tournef. Rupp.

B. Distylae, calice

1. nullo, petalis

a. ouatis, concauis, margine membranaceis, floribus inter Hermaphroditos
1. femineis. ATRIPLEX.
2. femineis nullis. CHENOPODIVM.
b. ouato-oblongis, obtusis. BETA.
2. monophyllo, semiquinquefido, ventricoso, petalis calicis margini innatis. RIBES. *Grossularia.*
3. pentaphyllo, erecto, acuto, corollam superante; floribus aggregatim positis. ERYNGIVM.

C. Tristylae calice
α. nullo. AMARANTHVS.
β. quinquepartito, ouario
a. triquetro; floribus in ramulis capillaceis. COTINVS.
b. tripartito, crassiusculo; petalis calici simillimis. STAPHYLAEA Linn. *Staphylodendron* Tourn. Rupp.
c. acuminato, foliolis calicinis subulatis, petalis longitudine fere aequalibus; petalis ipsis ouato-oblongis, concauis, vtplurimum reflexis. TAMARIX Linn. *Tamariscus* Rupp.
d. ouato
1. magnitudine fere corollae, floribus in racemos digestis, calice et fructu
α. villoso, foliis pinnatis. RHVS. *Sumach.*
β. glabro, foliis ternis. *Toxicodendron* spec. prior.
2. corolla minore, petalis tridentatis. HOLOSTEVM.
3. trigono, petalis integris. CORRIGIOLA Linn. *Polygonifolia* Dill. *Polygon.* 4. Rupp. pag. 96.

D. Te-

D. Tetraſtyla, calice duplici, vtroque pentaphyllo; exteriore minore folioſo, interiore maiore, colorato. PARNASSIA.

E. Pentaſtylae, calice

1. imbricato, qui floſculos exhibet
   a. in capitulo. STATICE.
   b. ſerie oblonga. *Limonium* ſpec. prior.
2. quinquefido ſimplici, petalis
   α. oblongis, patentibus, magnis, foliis oblongis, glabris. LINVM.
   β. ſubouatis, obtuſis, calice paulo maioribus; foliis oblongis, et orbiculatis, villis roriferis cinctis. DROSERA Linn. *Rorella* Rupp.

III. Octanthera

Diſtyla. ACER.

IV. Decantherae

A. monoſtylae, calice

1. monophyllo, quinquedentato, minimo; petalis ouato-concauis patentibus. LEDVM Rupp.
2. bifido, paruo, fructifero, petalis planis, erectis, obtuſis, emarginatis. PORTVLACA.
3. pentaphyllo, foliolis calicinis
   α. lanceolatis, erectis, patulis, minimis; ouario pentangulari. FAGONIA.
   β. ouatis, concauis, acutis; ouario ad baſin ſtyli pentangulari, ſtigmatibus quinque reflexis. GRVINALIS Riu.

B. Diſtylae, calice
1. tubuloſo, quinquedentato, baſi
α. ſquamis cincta. TVNICA Rupp. *Dianthus* Linn.
β. nuda. SAPONARIA.
2. monophyllo ſemiquinquefido, petalis calici
a. non inſertis. SAXIFRAGA Tournef. in qua capſula et germen receptaculo floris cingitur. *Geum* ſpec. prior. in quo capſula et germen receptaculo floris inſidet
b. inſertis. MITELLA Tourn. Riu.

C. Triſtylae, calice
α. monophyllo quinquedentato
1. clauaeformi. SILENE Linn. *Muſcipula* Rupp. *Viscaria* Riu.
2. inflato. CVCVBALVS. *Been. alb.*
β. pentaphyllo, foliolis
a. ouato-lanceolatis, concauis, acutis; petalis ad baſin fere diuiſis. ALSINE.
b. ſubulatis, petalis longitudine fere aequalibus; petalis ipſis ouato-oblongis, concauis, vt plurimum reflexis. TAMARIX Linn. *Tamariſcus* Rupp.

D. Pentaſtylae, calice
1. monophyllo quinquedentato
a. decem ſtriis inſtructo, orificio tubi nudo. AGROSTEMA Linn. *Lychnis ſegetum maior* Rupp. p. 115.
b. ſubrotundo inflato
1. ſimplici, orificio tubi ſquamulis ornato; petalis quadrifidis, vel etiam bifidis. LYCHNIS. 2. pen-

2. pentangulari, orificio tubi nudo. VACCARIA Riu. *Lychnis I.* Rupp. pag. 116.

c. coriaceo, quinquangulari, angulis minoribus interiectis; orificio tubi squamulis instructo, petalis cordatis. CORONARIA Linn. *Lychnis coronaria* Rupp.

2. pentaphyllo; petalis

α. bifidis, obtusis. CERASTIVM Linn. 448. *Myosotis* Tournef.

β. integris

a. ouatis. ARENARIA Rupp.

b. lanceolatis, acuminatis, planis, patentibus; squamula minima emarginata singula germini ad basin extrorsum inserta. SEDVM *Fabaria* Riu.

γ. emarginatis, erectis, obtusis. OXYS Tournef. *Acetosella* Rupp.

V. Poylantherae

A. monostylae

I. calice fructifero, monophyllo

a. semiquinquefido, campanulato, colorato; stigmate capitato. PVNICA.

b. quinquefido, acuto, erecto, stigmate obtuso. MYRTVS.

II. Thalamo fructifero,

I. calice

A. monophyllo

1. campanulato

α. semiquinquefido

a. vndique lineis longitudinalibus instructo, laciniis

α. erecto-

α. erecto-patentibus, leuiter et laxe ſerratis; ouario ſubrotundo, ad baſin ſtyli paululum villoſo, et in parte magis gibba ſulco, vel linea notato. PRVNVS. *Armeniaca.*

β. parum reflexis, et ouario non villoſo. *Prunus fructu luteo.* ſpec. prior.

γ. in apicibus ſerratis. *Prunus Sylueſtris* ſpec.

b. ventricoſo, collo coarctato, laciniis ad baſin calicis reflexis. Ouario glabro, ſubrotundo, gibboſo, in parte minus gibba linea longitudinali, quae ad medium ſtyli tranſit, notato. CERASVS.

β. quinquedentato, fundo villoſo, ouario ſubrotundo, ſtigmate obtuſo, integro. PADVS.

2. tubulato ſemiquinquefido, patente, ouario ſubrotundo, villoſo; ſtigmate capitato. AMYGDALVS. *Perſica.*

3. concauo, quinquefido; ouario ouato-acuminato; ſtigmate tenui ſimplici. GVAIACVM.

4. crasſiuſculo, breuiſſimo, baſi fere plano, quinquedentato; ouario ſubrotundo, ſtigmate globoſo, interne nouem loculari, petiolo

α. nudo ſimplici. CITRVS. *Limon.*

β. cordato. *Aurantium* ſpec. prior.

B. triphyllo. CACAO. *Theobroma* Linn.

C. pentaphyllo, foliolis

1. concauis, coloratis; ouario ſubrotundo, ſtigmate pentagono, obtuſo. TILIA.

2. linea-

2. linearibus, erectis; ouario trigono, ſubrotundo, ſtigmate triplici. PEGANVM Linn. *Harmala* Tournef. Rupp.
3. ſubrotundis, concauis, duobus alternis inferioribus minoribus; ouario ſubrotundo; ſtigmate orbiculato plano. CISTVS. *Helianthemum*
4. oblongis, apicibus ſerratis, baſi gibbis, et introrſum concauis melliferis. HYPOPITIS Riu. Rupp. Dill. *Monotropa* Linn.

II. ſpatha triphylla, ſubrotunda, ouario ouato quinquangulari; ſtigmate crasſiusculo quinquefido, obtuſo, reflexo. ARGEMONE.

B. Diſtylae, calice
1. fructifero, floribus
   a. in ſpica longa, rara. AGRIMONIA.
   b. in vmbella vel quaſi. CRATAEGVS. *Oxyacantha.*
2. thalamo fructifero. PAEONIA.

C. Triſtylae, ſtaminibus inſertis
1. calici. SORBVS.
2. receptaculo, ſtylis
   a. longitudine ouarii linearibus. HYPERICVM.
   b. breuiſſimis, extrorſum recuruis. *Androſaemum.* Tournef. ſpec. prior.

D. Pentaſtylae, calice
1. nullo, ouariis compreſſis, oblongis, erectis. CALTHA Rupp. Linn. *Populago* Tournef.
2. monophyllo
   a. quinquedentato, antheris calici inſertis; fructu in tribus ouulis notato, quorum duo ſingula ſeminibus duobus foeta, tertium

vnico vero semine praeditum. Petalis dentibus calicinis paululum maioribus, vtplurimum rubicundis, vel ad minimum linea rubicunda notatis. COTONEASTER Rupp.

b. semiquinquefido

α. non fructifero, basi plano, laciniis acutis. SPIRAEA.

β. fructifero, campanulato, tomentoso, laciniis

1. patentibus, petala

α. non superantibus, stylis basi

a. non coalitis neque villosis. PYRVS.

b. coalitis, et infima parte villosis. *Malus* spec. prior. Linn.

β. superantibus. MESPILVS.

2. reflexis, in parte externa nudis, interna vero tomentosis; stylis ad basin tomento plurimo praeditis. *Cydonia* Pyri spec. Linn.

3. pentaphyllo, petalis

a. tubulosis nectariferis, in cornu incuruum desinentibus. AQVILEGIA.

b. oblongo-ouatis, obtusis, patentibus. ASCYRVM Tournef.

E. Hexastyla, calice nullo, ouariis compressis, oblongis, erectis. CALTHA Rupp. Linn.

F. Hepta et Octostyla, calice quinquepartito paruo, floribus fere vmbellatim positis. VLMARIA.

G. Polystylae, calice

1. nullo, ouariis

α. in capitulum congestis, foliis circa caulem ternis,

ternis, rariſſime quaternis. ANEMONE Linn. *Nemoroſo lutea* Rupp. *Anemone-Ranunculus* Dill.

β. oblongis, compreſſis, erectis, foliis ſubrotundis leuiter ſerratis. CALTHA Rupp. Linn. *Populago* Tournef.

2. monophyllo

a. quinquefido, laciniis lanceolato-oblongis

1. duabus alternis vtrinque barbatis, duabus alternis vtrinque nudis, quinta hinc ex vna parte tantum barbata. ROSA.

2. omnibus nudis, vel non barbatis. RVBVS.

b. ſemidecemfido, receptaculo communi ſeminum

α. ſubrotundo

1. magno, baſi plano, pulpoſo, per maturitatem colorato. FRAGARIA.

2. minimo, ſeminibus tecto, calice incluſo. POTENTILLA. *Quinquefolium* et *Pentaphylloides*

β. ſcrotiformi, carnoſo, magno; petalis, calice interne colorato, triplo fere minoribus. COMARVM. Linn. *Pentaphylloides* 3. p. Rupp. 107.

γ. oblongo hirſuto, calici reflexo impoſito. CARYOPHYLLATA. *Geum* Linn.

3. Pentaphyllo, petalis calicis foliolis longe

1. maioribus, nitidis, et ad vngues interius

α. excauatis, vel fouea praeditis. RANVNCVLVS.

β. non excauatis. ADONIS.

2. minoribus et nectariferis, foliis calicinisco-loratis. HELLEBORVS.

CLASSIS XI.

PLANTAS FLORE IRREGVLARI PENTAPETALO SISTIT,

quae ſunt

I. Pentanthera, petalo quinto calcari nectarifero praedito. VIOLA.

II. Heptanthera. ESCVLVS Linn. *Hippocaſtanum* Tournef. Riu.

III. Octanthera. CARDAMINDVM Tournef. Rupp. *Tropaeolum* Linn.

IV. Decantherae, calice

1. monophyllo

α. cordato-tubulato, quinque denticulis verſus apicem ornato. GENISTA Tournef. *Spartium* Linn.

β. campanulato breuiſſimo, inferne gibbo, mellifero, quinquedentato. CERCIS Linn. *Siliquaſtrum* Riu.

γ. bilabiato, labio ſuperiori tripartito, lacinia intermedia latiore, bifida. GLYCYRRHIZA.

2. diphyllo, foliolo ſuperiori bidentato, inferiori tridentato. VLEX Linn. *Geniſta Spartium* Tourn.

3. pentaphyllo, ſtigmate

a. ſimplici, petalis

1. ſubrotundis, concauis, patentibus

α. fere aequalibus. PYROLA.

β. inferioribus magis diſtantibus, patentiori-

tioribus et maioribus. CASSIA Tournef. *Senna Spuria* Riu.

2. ouato lanceolatis, acuminatis, tribus ſurſum flexis, duobus oblique ad latera poſitis. DICTAMNVS Linn. *Fraxinella* Tournef. Rupp.

b. quintuplici. GERANIVM Riu.

V. Polyantherae triſtylae, calice

α. nullo, petalo ſupremo galeato vel cucullato, in quo continentur ſtyli duo, quibus inſident corpuſcula delphinorum inſtar formata, calcari incuruo praedita; petalis lateralibus ſubrotundis, et infimis oblongis, deorſum ſpectantibus; foliorum laciniis

1. inaequalibus. ACONITVM. *Napellus* Riu.
2. vbique eiusdem latitudinis *Anthora* ſpec. prior.

β. ex vnico folio, petalo ſupremo nectarifero ſimili, eique adnato, conſtante; petalis omnibus ouato-acuminatis inaequalibus, ſuperiori calcari nectarifero inſtructo, reliquis vero vnguibus praeditis. DELPHINIVM.

γ. quadripartito; petalo ſupremo ſemifexfido, duobus lateralibus trifidis, et duobus infimis minimis, integris. LVTEOLA.

* * * * * *
* * *

CLASSIS XII.

PLANTAS FLORE PENTAPETALO VMBELLATO SISTIT,

Quae habent inuolucrum vniuerſale et partiale ſimul, vel vnum tantum, vel nullum; calicem quinquedentatum, petala quinque, ſtamina quinque, ſtylos duos, et ſemina bina nuda, planis lateribus inter ſe arctiſſime coniuncta, et quarum corolla vniuerſalis eſt

I. Vniformis, inuolucro vniuerſali

A. nullo, partiali

1. nullo, petalis

a. lanceolatis, incuruis, foliis

1. longiſſimis, pinnis breuiter petiolatis, ſemitrilobis, ſerratis. PASTINACA.

2. teretibus, ampliſſimis, pinnis coniugatis, ramoſis, ſeminibus margine membranaceo

α. cinctis. ANETHVM.

